¶ Libellus sophistarũ ad vsum Oxonieñ Impressus Londoniis per Winandum de worde: hac in vrbe in parochia sctē brigide (in the flete strete) ad signum solis commorantem.



¶ Ad subtilissimoꝝ ingenioꝝ sophistas.

QUoniā persona quā q̇s gerere velit (vt inquit
Cicero) a voluntate proficiscitur. Uobis adolescentes (in quibus est maxima con
silii imbecillitas) consulo si aliq̄n adipisci volueritis virtutis premium (quod ho
nor est) refrenare libidines / spernite voluptates: ceterasq́ꝫ animi labes / repellite
mores depravatos insolentiāq́ꝫ restringite. Uigilātissimis animis et virtuti e
bonarū artiū litteris incumbite. quarū radices etsi amare sint: fructus tamē ea
rū dulces nec prius fructus q̄ꝫ radices gustare licebit / qm̄ non meruit dulcia qu
non gustauit amara. Et quacūq́ꝫ scientia quis excellere mauult / pncipio op⁹ ē (s
ad altas structuras progredi voluerit) logicalia pncipia in aīo suo ꝑ stabili iac
at fundamēto ad oēm nāq́ꝫ scientiā logicā viā hꝫ / atq́ꝫ veluti linceis oculis ver
a falso in singulis discernit. Hec eni est oīm scientiarū clauis reserans et aperiē
ois sapientie secreta. In oibus scientiis militat / illis ab inimicis defendēs / olin
gues instruit / et sermone egentes ditat: torpētes excitat / armatq́ꝫ inermes. Hanc
igitur adolescentes diligite et colite omni nectare suauiorē omni serico splēdi
diorē / oi auro gēmaq́ꝫ preciosiorē. At (ne pluribus agam) logica singulis scientiis
splendorē cōfert / tantoq́ꝫ ceteris scientiis oibus prestat / quāto singule alie sciētie
illa vtuntur. Et huius tante laudis / logice / nolo q̄sq̄ꝫ existimare q̄ sophistria sit
expers: qm̄ tam inter se congruentes sunt logica et sophistria / vt qui logicā lau
dat / sophistriā bonū logice seminariū laudet necesse sit. Hec eni tractat subtilissi
ma sophismata / que si quis bene docteq́ꝫ intellexerit. videbit apud oēs mirabi
lis sapientie ⁊ discipline. Hec etiā tā oibus vtilis tāq́ꝫ preclara est / vt vir interio
sit logica / nec mediocri laude sit digna. Hāc igit̄ vobis emite / qui aliq̄n docti esse
velitis / nec pluris sit apud vos pecunia q̄ꝫ scientia. libros iam venales habeti
omni cura ac diligentia emendatos. Ualete.

De propositionibus.

Propositio est oratio indicatiua/ cõgrua et per- fecta verũ vel falsum significans.

¶ propositionum. Alia cathegorica/ alia hypothetica. Cathegorica est illa que habet vnicum subiectum/ vnicũ p̃dicatũ/ et vnicam copulã. exẽplũ hõ est aial. ly hõ est subiectũ/ qr precedit principale verbũ. ly est copula/ quia copulat siue ligat subiectum cum predicato ly animal est predicatum quia sequitur principale verbum: et subiectũ est totum illud quod precedit principale verbum preter signum et negationem.

¶ Quero que est illa hõ currit. dico q̃ ẽ cathegorica

¶ Contra. Illa est cathegorica que habet vnicũ subiectũ/ vnicũ predicatũ/ et vnicam copulam. sed hic deficit predicatum/ ergo non est cathegorica. Dico q̃ q̃uis nõ habeat predicatũ expresse positũ tñ habet subintellectum scz currens/ quia oẽ verbũ adiectiuũ põt resolui in participiõ eiusdẽ temporis et in hoc verbũ Sum/ es/ fui. vt currit. i. est currẽs. et hoc verbũ Sum/ es/ fui. resoluitur in seipsum vt in participiũ suum: vt homo est. i. homo ens est.

¶ Item propositionũ alia affirmatiua/ alia negatiua. ¶ Affirmatiua est illa in qua principale verbũ affirmatur/ vt homo currit.

¶ Negatiua propositio est illa in qua principale verbum negatur/ vt homo nõ currit.

¶ Propositionũ alia vniuersalis/ alia particularis

alia indiffinita/ alia singularis.

¶ Uniuersalis est illa in qua subijcitur terminus cõmunis signo vniuersali determinatus vt omnis homo currit. Et ista sunt signa vniuersalia. Omnis/ nullus quilibet/ neuter/ nemo/ nihil/ vterq̧/ vnusquisq̧ et similia.

¶ Particularis est illa in qua subijcitur terminus cõis signo particulari determinatus: vt aliquis homo currit. Et hec sunt signa particularia. Aliquis/ quidã alter/ alius/ vnus/ solus et similia.

¶ Indiffinita est illa in qua subijcit̃ termin⁹ cõis sine signo/ vt homo currit.

¶ Singularis est illa in qua subijcitur terminus discret⁹ vel pnomẽ demõstratiuũ/ vt Johannes currit/ vel ille homo currit. Et nota q̃ terminus discret⁹ est oẽ nomẽ propriũ/ vt Johannes/ plato/ sortes. Et terminus cõis est oẽ nomẽ appellatiuum quod est cõmune multorũ: vt homo/ animal/ asinus.

Que ca/ vel yp/ qualis ne/ vel af. v quãta/ p/ in/ sin. Uersus.

¶ Exponitur sic ad questionẽ factam per que/ respondendũ est cathegorica vl' hypothetica. Ad questionẽ factã per qualis respondendũ est affirmatiua vel negatiua. Ad questionẽ factam per quanta respondendum est vniuersalis/ particularis/ indiffinita/ vel singularis.

¶ Nota q̃ vniuersalis affirmatiua/ et vniuersalis

negatiua de consimilibus subiectis predicatis et copulis. et terminis precise supponentibus pro eiusdem contrarie stant in figura.

¶ Uniuersalis negatiua et particularis siue indiffinitiua negatiua: cum eisdẽ conditionibus contradictorie stant in figura.

¶ Uniuersalis negatiua et particularis siue indiffinita affirmatiua cum eisdem conditionibus stant contradictorie figura.

¶ Uniuersalis negatiua et particularis siue indiffinita negatiua cũ eisdem conditionibus subalterne stant in figura.

¶ Uniuersalis affirmatiua et particularis siue indiffinita affirmatiua cũ eisdẽ conditionibus subalterne stant in figura. Et particularis siue indiffinita affirmatiua et particularis siue indiffinita negatiua subcontrarie stant in figura.

¶ Et nota q̃ ppositio singularis non habet locum in figura.

¶ Ad subtilissimoꝝ ingenioꝝ sophistus.

Q Uoniã persona quã q̇s gerere velit (vt inqui
Cicero) a voluntate proficiscitur. Uobis adolescentes (in quibus est maxima co
silii imbecillitas) consulo si aliq̄n adipisci voluer:tis virtutis premium (quod ho
nor est) refrenare libidines/spernite voluptates: ceterasq̧ animi labes / repell
mores depravatos insolentiãq̧ restringite. Uigilãtissimis animis et virtuti e
bonarũ artiũ litteris incumbite. quarũ radices etsi amare sint: fructus tamẽ ea
rũ dulces nec prius fructus q̄ꝫ radices gustare licebit/qm̄ non meruit dulcia q
non gustauit amara. Et quacũq̧ scientia quis excellere mauult/ p̄ncipio op⁹ ẽ (
ad altas structuras progredi voluerit) logicalia p̄ncipia in aio suo ꝓ stabili ia
at fundamẽto ad oẽm nãq̧ scientiã logicã viã h3/atq̧ veluti linceis oculis ver
a falso in singulis discernit. hec eni est oim scientiarũ clauis reserans et apen
ois sapientie secreta. In oibus scientiis militat/ illis ab inimicis defendẽs/oi
gues instruit/et sermone egentes ditat: torpẽtes excitat/ armatq̧ inermes. ha
igitur adolescentes diligite et colite omni nectare suauiorẽ omni serico splẽ
diorẽ/oi auro gẽmaq̧ preciosiorẽ. At (ne pluribus agam) logica singulis scienti
splendorẽ cõfert/tantoq̧ ceteris scientiis oibus prestat/quãto singule alie sciẽ
illa vtuntur. Et huius tante laudis/logice/ nolo q̄ꝫq̄ꝫ existimare q̄ sophistria
expers: qm̄ tam inter se congruentes sunt logica et sophistria/vt qui logicã la
dat/sophistriã bonũ logice seminariũ laudet necesse sit. hec eni tractat subtili
ma sophismata/que si quis bene docteq̧ intellexerit. videbit apud oẽs mirab
lis sapientie ⁊ disciplinei hec etiã tã oibus vtilis tãq̧ preclara est/vt vir inten
sit logica/nec mediocri laude sit digna. hãc igit vobis emite/qui aliq̄n docti e
velitis/nec pluris sit apud vos pecunia q̄ꝫ scientia. libros iam venales habet
omni cura ac diligentia emendatos. Ualete.

De propositionibus.

P Ropositio est oratio indicatiua/cōgrua ꝛ perfecta verū vel falsum significans.

[..] ꝑpositionum. Alia cathegorica/alia hypothetica. Cathegorica est illa que [h]abet vnicum subiectum/vnicū p̄dicatū/et vnicam copulā. exēplū hō est aial. ly [h]ō est subiectū/qꝛ precedit principale verbū. ly est copula/quia copulat siue ligat [su]biectum cum predicato ly animal est predicatum quia sequitur principale ver[bu]m; et subiectū est totum illud quod precedit principale verbum preter signum [et] negationem.

¶ Quero que est illa hō currit. dico ꝙ ē cathegorica [..]contra. Illa est cathegorica que habet vnicū subiectū/vnicū predicatū/ ꝛ vni[ca]m copulam. sed hic deficit predicatum/ ergo non est cathegorica. Dico ꝙ q̄uis [non] habeat predicatū expresse positū tn̄ habet subintellectum scꝫ currens/quia oē [ve]rbū adiectiuū pōt resolui in participiū eiusdē temporis et in hoc verbū Sum/[es]/fui. vt currit. i. est currēs. et hoc verbū Sum/es/fui. resoluitur in seipsum vt in [pa]rticipiū suum: vt homo est. i. homo ens est.

[I]tem propositionū alia affirmatiua/alia negatiua. ¶ Affirmatiua est illa in [qu]a principale verbū affirmatur/vt homo currit.

[N]egatiua propositio est illa in qua principale verbum negatur/ vt homo nō [cu]rrit.

¶ Propositionū alia vniuersalis/alia particularis [ali]a indiffinita/alia singularis.

[V]niuersalis est illa in qua subijcitur terminus cōmunis signo vniuersali de[ter]minatus vt omnis homo currit. Et ista sunt signa vniuersalia. Omnis/ nullus [qui]libet/neuter/nemo/nihil/vterq̄/vnusquisq̄ ꝛ similia.

[P]articularis est illa in qua subijcitur terminus cōis signo particulari deter[min]atus: vt aliquis homo currit. Et hec sunt signa particularia. Aliquis/quidā [al]ter/alius/vnus/solus et similia.

[I]ndiffinita est illa in qua subijcit̄ termin⁹ cōis sine signo/vt homo currit.

[S]ingularis est illa in qua subijcitur terminus discret⁹ vel ꝓnomē demōstra[tiu]ū/vt Johannes currit/vel ille homo currit. Et nota ꝙ terminus discret⁹ est oē [no]mē propriū/vt Johannes/plato/sortes. Et terminus cōis est oē nomē appella[tiu]um quod est cōmune multorū: vt homo/animal/asinus.

[Q]ue ca/vel yp/qualis ne/ vel af. v quāta/p/in/sin. Versus.

[E]xponitur sic ad questionē factam per que/respondendū est cathegorica vl' hy[pot]hetica. Ad questionē factā per qualis respondendū est affirmatiua vel nega[tiu]a. Ad questionē factam per quanta respondendum est vniuersalis/patricula[ris]/indiffinita/vel singularis.

¶ Nota ꝙ vniuersalis affirmatiua/ et vniuersalis [neg]atiua de consimilibus subiectis predicatis et copulis. et terminis precise sup[pon]entibus pro eisdem contrarie stant in figura.


[V]niueosalis negatiua ꝛ particularis siue indiffinitiua negatiua: cum eisdē con[diti]onibus contradictorie stant in figura.

[V]niuersalis negatiua ꝛ particularis siue indiffinita affirmatiua cum eisdem [con]ditionibus stant contradictorie figura.

[V]niuersalis negatiua et particularis siue indiffinita negatiua cū eisdem con[diti]onibus subalterne stant in figura.

[V]niuersalis affirmatiua et particularis siue indiffinita affirmatiua cū eisdē [condi]tionibus subalterne stant in figura. Et particularis siue indiffinita affirma[tiu]a et particularis siue indiffinita negatiua subcontrarie stant in figura.

[E]t nota ꝙ ꝓpositio singularis non habet locum in figura.



Ex ꝛ natura contrariarum talis est ꝙ si vna sit vera reliqua erit falsa in terminis substā tialibus et in predicatione directa. vt si hec sit vera. ¶ Quilibet homo est animal. hec erit falsa. nullus homo est animal. Sed in predicatione indirecta et in terminis accidentalib⁹ possunt esse false et nunꝗ̄ vere. Exemplum primi: vt omne animal est homo et nullū aial est homo. Exēplū scđi q libet hō est albus/ et nullus homo est albus.

¶ Predicatio dicitur duobus modis. directa ꝛ indi recta. ¶ Predicatio directa est quando superius predicatur ꝛ inferius subijcit vt hō est aial. Predicatio indirecta est qñ inferius predicatur et superius subijcitur: vt aial est homo. ¶ Terminus dicitur dupliciter: scȝ substantialis et acciden talis. Terminus substātialis est ille termin⁹ q̄ si semel dicatur de vna re reqꝛitur ꝙ semper dicatur de eadem re dū illa res manet: vt homo/ lapis/ lignū/ ꝛ huius modi. Terminus accidētalis est ille terminus q̄ si semel dicatur de vna re reqꝛi ꝙ semper dicatur de eadē re dū illa res manet: vt ambulans/ currens. Et oia no mina officiorū: vt cocus mācipiū/ ꝛ huiusmodi. ¶ Similiter superius est illud q significat omne illud quod suum inferius significat et plura vltra: vt animal/ q iste terminus animal est superius ad istū terminū homo/ qꝛ animal significat o illud quod homo significat: ꝛ plura vltra vt hominem et leonem ꝛc̄. ¶ Sed infe rius est illud quod significat aliquod quod suum superius sed non tot nec tanta vt homo respectu animalis. et sic patet ꝙ homo est inferius ad animal.

De conuersionibus.

¶ Lex et natura contradictoriarū talis est / ꝙ si vna sit vera reliqua erit falsa in omnibus terminis ⁊ in omni predicatione. vt si hec sit vera. Oīs hō est aīal / hec erit falsa. aliquod quod est hō non erit aīal.

¶ Lex et natura subalternarum talis est / ꝙ si vniuersalis sit vera / sua particularis siue indiffinita erit vera. generaliter in oībꝫ terminis et in omni predicatione. vt si hec sit vera quilibet homo est aīal / hec erit vera aliqˢ hō est aīal. sed si particularis siue indefinita sit vera non requiritur ex necessitate ꝙ sua vniuersalis sit vera, vt si hec sit vera / aliquis homo currit / nō requiritur ꝙ hec sit vera. quilibet homo currit. Sed in terminis substantialibus ⁊ in predicatione directa si particularis sit vera. necesse est et sua vniuersalis sit vera: vt in his / hō est animal: ꝙ oīs hō est animal / que est sua vniuersalis.

¶ Lex et natura subcontrariarū talis est / ꝙ si vna sit vera reliqua erit falsa in terminis substātialibus ⁊ in predicatione directa: vt si hec sit vera / quidam hō est aīal hec erit falsa / quidā hō nō est aīal. Sed si in terminis accñtalibus ⁊ in predicatione indirecta pñt simul esse vere / vt quoddā aīal nō est hō / ⁊ quoddā aīal est hō / ⁊ quidā hō est albus / et quidā hō non est albus. Et due propositiones que subcontrarie stant in figura nunq̄ possunt simul esse false.

¶ Propositio hypothetica est illa que habet duas ꝓpositiōes cathegoricas in se inclusas cū aliqua nota coniunctionis vel aduerbij). Et quinq̄ sunt species hypothetice. scꝫ Copulatiua. Disiunctiua. Conditionalis. Causalis. ⁊ tēporalis. ¶ Copulatiua est illa que habet duas ꝓpōes cathegoricas in se inclusas ꝑ istā notā (⁊) vt tu es hō ⁊ tu es aīal. et copulatiua est vera qñ vtraq̄ eius pars est vera: et est falsa qñ eiꝰ vna pars est falsa. ¶ Disiūctiua est illa q̄ habet duas propositiones cathegoricas in se inclusas ꝑ hanc notā (vel) vt tu es homo vel tu es asinus. et est disiunctiua vera / qñ vna pars est vera. et est falsa qñ vtraq̄ pars est falsa. ¶ Conditionalis est illa in qua sunt due ꝓpōes cathegorice cōiūctim / vt ꝑ illā notā (si) vt si tu es hō tu es animal. Et est conditionalis bona qñ ꝯñs formaliter intelligitur in añte (Et nota ꝙ añs in conditionali est ille ꝙ immediate sequitur hanc notam (si) siue sit prior siue posterior. et reliqua ꝓpositio est consequens. Causalis est illa: in qua due propositiones cathegorice coniunguntur per hanc notam (quia) vt quia tu es homo tu es animal. et est causalis bona. quando illud quod precedit est causa illius qđ subsequitur. ¶ Temporalis est in qua due propositiones cathegorice coniunguntur per istam notam (dum) vel quando. Ut dum tu curris tu moueris. Et est temporalis vera / quando ambe partes sunt vere. et hoc pro eodem instanti. ¶ Instans est vnum indiuisibile in tempore quod non est tempus nec pars temporis. ad quod tamen partes temporis copulantur. ¶ Nota ꝙ ꝓpositio hypotetica non est alicuius qualitatis neq̄ quantitatis.

Conuersio est transpositio terminorum: quando de subiecto fit predicatum et econtra. Regl'a notāda.

¶ Nota ꝙ tripliciter dr̄ conuersio. scꝫ simplex. ⁊ per accñs. et per cōtrapositionem. ¶ Conuersio simplex est: quando de subiecto fit predicatū ⁊ ecōtra. manente eadem qualitate ⁊ quantitate. Et hoc modo cōuertitur vniuersalis negatiua ⁊ particularis siue indefinita affirmatiua. sic nullus hō est lapis: sic cōuertitur / nullus lapis est homo masculus / et quidā hō est aīal cōuertit̄ quoddā animal est hō masculus. ¶ Cōuersio per accñs est qñ de subiecto fit predicatū et econtra / manēte eadē qualitate / sed mutata quantitate: et sic cōuertitur vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua. Uniuersalis affirmatiua sic. quilibet hō est aīal: sic conuertitur aliquod aīal est homo masculus. Uniuersalis negatiua: vt nullus homo est

animal sic cōuertitur. aliquod animal nō est homo masculus. ¶ Conuersio per cō
trapositionem/est quando de subiecto fit predicatum et econtra. manente cadem
qualitate et quantitate/sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos/ & sic
conuertitur vniuersalis affirmatiua. et particularis negatiua. vniuersalis affir
matiua sic. vt omnis homo est animal/ sic conuertitur/ omne nō animal est nō ho
Et particularis negatiua sic. Aliquod animal non est homo. sic conuertitur / ali
quod quod est non homo non est animal. Terminus finitus et ille terminus cu
non preponitur negatio. vt homo animal est consimiles. ¶ Terminus infinitus e
ille cui preponitur negatio. vt non homo non animal.

Simpliciter feci conuertitur eua per acci.
Cato per contra/sic fit conuersio tota.

¶ Nota q A/in in istis versibus notat vniuersalem affirmatiuam. E vniuersale
negatiuam. & I. particularem affirmatiuam. O/particularem siue indefinitā ne
Obiectio. gatiuam/sed videtur q vniuersalis negatiua non habet conuerti simpliciter. U
ista nulla domus facit hominem quia tunc sic esset conuersa nihil quod est homo
facit domum. sed sic non certe conuertitur quia si conuertens sit vera sua conuer
sio erit vera. sed tua cōuertens est vera et sua cōuersio falsa / ergo non debet sic co
uerti. Ad hoc dicendum est q si fuerit aliqua propositio enunciata cum verbo ad
Responsio. iectiuo de presenti/ de preterito vel futuro. vel quicunqz obliquus modus sequi
Regl'a notāda tur verbum principale ita q illa propositio non potest habere rectam conuersio
nem. tunc principale verbum debet mutari in participium eiusdem temporis/
in hoc verbum sum/es/est. et tunc patebit recta cōuersio/vt nulla domus facit ho
minem sic conuertitur. nullum faciens hominem est domus. Similiter ista/nullu
murus est in lapide/sic conuertitur nullum ens in lapide est murus. De preterit
sic. nullus puer fuit senex. sic conuertitur/nullus preteritus senex est vel fuit pue
Eodem modo de futuro/vt nulla corrupta erit virgo/sic conuertitur. nullum fut
rum corruptum est vel erit virgo.

De equipollentijs.

**Equipollētia est equiualentia duarum propo
sitionum adinuicem cōiunctarum/ita q tan
tum valet vna quantum & reliqua. Uersus.**
Pre contradic post contrar/pre postqz subalter.

¶ Iste versus sic exponitur. Pre contradic. hoc est qn negatio preponitur signo
subiecto propositionis tūc facit propositionem equipollere illi propositioni q an
te aduentum illius negationis fuit eius contradictorium. Ut non quilibet homo
currit. equipollet huic quidam homo non currit.
¶ Post contrar/ hoc est qn negatio postponitur signo subiecto alicui propositio
nis. tūc faciet equipollere illi propositioni que ante aduentum illius negationis
fuit suum contrarium. Ut quilibet homo non currit equipollet huic. nullus homo
currit.
¶ Pre postqz subalter. hoc est quando negatio preponitur et post ponitur signo
et subiecto tunc facit illam equipollere illi que ante aduentum illarum negatio
num fuit suum subalternās. Ut non omnis homo currit/ equipollet huic aliquid
quod est homo currit.
Regl'i notāds. ¶ Nota q propositiones equipollentes sunt eiusdem qualitatis et quantitatis
propositionibus quibus equipollent.

¶ De propositionibus modalibus.

De propositionibus modalibus.

PRopositionum alia modalis/ alia de inesse.

¶ Propositio modalis est illa in qua p̄dicatū inest subiecto cum modo modali vt possibile est hominem currere. huius propositionis predicatum est ly currens et subiectum ly homo equiualet ista propositio huic possibiliter homo currit: et hec est impossibile et hominem esse asinum equiualet huic impossibiliter homo est asinus. sic in his patet q̄ predicatum dicitur de subiecto cum modo modali precedente subiectum, et sic dicendū est de omnibus modalibus.

¶ propositio de inesse est illa in qua predicatum inest subiecto sine modo modali vt homo currit. ¶ Et sciendum q̄ quattuor sunt termini facientes ꝓpositionem modalem scilicet possibile/ impossibile contingens/ ⁊ necessarium cum eorum aduerbijs. scȝ possibiliter impossibiliter/ contingenter/ et necessarie.

¶ Et notandum est q̄ est differētia inter propositionem necessariam. et propositionē de necessario. Propositio necessaria est illa que est vera et nō potest esse falsa/ vt deus est. Propositio de necessario est illa in qua ponit̄ iste terminus necesse necessariū vel de necessario/ vt de necessario celū mouet. ¶ Necessariū dicitur duobus modis. scilicet per se ⁊ per accidens. Necessariū per se est illud qđ est verū ⁊ nō potest/ nec potuit/ nec poterit esse falsum / vt deus est. Necessariū per accidens est illud qđ est verū/ ⁊ nō potest nec poterit esse falsū potuit tamen fuisse falsum/ vt ista. ego fui natus. ¶ Impossibile dicitur duobus modis/ per se et per accidens. Impossibile per se est illud qđ est falsum et non potest/ nec potuit/ nec poterit esse verum vt hō est asinus vel nullus deus est. ¶ Impossibile per accidens est illud qđ est falsum et non potest nec poterit esse verum. potuit tamen fuisse verum/ vt ista ego non fui natus.

¶ Possibile dicitur tripliciter/ scilicet cum re et cum actu cum re ⁊ ante actum et ante rem et ante actum. Possibile cum re et cū actu vt ego sedeo. sic actualiter sedeam/ cum re et ante actum. vt ego canescam in senectute. Ante re et ante actum/ vt antichristus predicat.

¶ Similiter contingens dicitur duobus modis. scȝ contingens natum/ et contingens ad vtrūlibet. Contingens natum est illud quod euenit alicui ex natura / vt hominē canescere in senectute sua. Cōtingens ad vtrumlibet est cuiꝰ vtraqȝ pars potest indifferenter esse vera vel falsa. vt homo currit.

¶ Nota q̄ propositiones modales habent conuerti eodem modo sicut propositiones de inesse ratione sui dicti exceptis propositionibus de contigenti ad vtrūlibet que conuertūtur ꝑ oppositas qualitates/ vt si vna sit affirmatiua altera erit negatiua vt contingit hominem currere/ sic cōuertitur contingit hominem non currere. Exemplum de alijs ꝓpositionibus modalibus vt contingit hominem esse animal. sic conuertitur/ contingit animal esse hominē


¶ Notandum q̄ in modalibꝰ propositionibus aliqua vniuersalis ratiōe sui dicti aliqua singularis ratiōe dicti. Etiā in modalibus propositionibus ratione signi modalis. aliqua vocatur vniuersalis/ aliqua particularis.

¶ propositio vniuersalis modalis rōne dicti est qn̄ terminus cōis determinatur signo vniuersali et cū modo modali. vt possibile est omnem hominem currere.

¶ Particularis modalis rōne dicti ē qn̄ terminus cōis determinatur signo particulari et cū modo modali. vt possibile est aliquem hominem currere. ¶ Indefinita modalis rōne dicti ē illa in qua subijcitur terminus cōis sine signo et cū modo modali. vt possibile ē hominē currere. ¶ Singularis modalis rōne dicti ē. quādo subijcitur terminus discretus vel pronomen demonstratiuum cum modo modali/ vt possibile est te currere. Uniuersalis modalis affirmatiua rōne signi vel modi est illa in qua ponitur ille terminus necesse necessarium vel de necessario.

De propositionibus modalibus.

¶ Universalis modalis negatiua ratiõe signi vel modi ẽ illa in qua ponitur ille terminus imposibile. Particularis modalis affirmatiua est illa in qua ponitur ille terminus possibile vel contingens. ¶ Particularis modalis negatiua est illa in qua ponitur ille terminus possibile vel contingens non. ¶ Propositio modalis affirmatiua ratione signi est qñ modus affirmatur. Et negatiua est quando modus negatur. ¶ Propositio modalis ratione dicti affirmatiua est qñ dictũ affirmatur. Et negatiua qñ dictũ negatur. ¶ Ista figura preferꝫ trib⁹ modis. Primo in dictꝫ tm̄. Scd̄o in modis tm̄. Tertio tam in modis q̄ȝ in dictis. Exemplũ primi: vt necessariũ est quẽlibet hoiez esse: necessariũ est nullũ hoiem esse: necessariũ est aliquẽ hoiem esse: et necessarium est aliquẽ hominem non esse. Exemplum secundi: necessariũ ẽ quẽlibȝ hoiez esse/impossibile ẽ quẽlibȝ hoiez esse/possibile ẽ quẽlibȝ hoiez esse/possibile nõ est quẽlibȝ hoiez esse/ Exẽplũ tertij: necessariũ ẽ oẽm hoiez esse animal/impossibile est nullũ hoiem esse animal possibile est aliquẽ hoiem esse animal: contingit aliquem hominẽ nõ esse animal et sic de similibus.



Ut dicit Boetius argumentũ est rõ rei dubie faciens fidem et certitudinem de re dubia. ¶ Et sciendũ q̄ quattuor sunt spẽs argumẽti s. enthymema/exẽplum inductio/et syllogismus. Enthymema est curtatus syllogismus hñs vnicã p̄missam et vnicam conclusionẽ vt vos estis hõ ergo vos estis animal. Exẽplũ est qñ vnũ sile p̄batur per aliud simile/vt sicut se habet magister in scholis circa suos scholares: sic se habet rector in naui circa suos subditos. Inductio est qñ vniuersale p̄batur p̄ sua singularia vt ille hõ currit: ⁊ ille et illa: et sic de singulis ergo ois hõ currit. Syllogismus est orõ in qua quibusdã positis ⁊ cõcessis necesse est ad aliud euenire per ea que posita sunt ⁊ concessa/ vt omnis homo currit: ille est homo: ergo ille currit.

¶ Sciendum q omnis syllogismus constat ex trib⁹ terminis. s. ex maiore extremitate / ex minore extremitate: et ex medio termino. Maior extremitas est ille terminus q̄ sumit̄ in maiori cum medio termino. hoc est in prima ꝓpositione cū medio termino. Minor extremitas est ille terminus q̄ sumit̄ in minori ꝓpositione hoc est in scd̄a ꝓpositione cū medio termino. Medi⁹ terminus est ille qui sumit̄ bis ante conclusionē et nō ingredit̄ illā / vt ois homo est risibilis / oē aīal rōnale est hō / ergo oīe aīal rationale est risibilis: vel sic: oīe aīal rationale est risibile / ois hō est aīal rationale: ergo ois hō est risibilis. in hoc secūdo syllogismo ly / animal rationale est medius terminus. ly risibile est maior extremitas. ly homo est minor extremitas. ¶ Figura est debita dispositio terminorum. Et modus est debita dispositio propositionū

¶ Et nota q tres sunt figure. sc3 prima / secunda / et tertia. In prima figura medius terminus erit subiectum in maiori: et predicatū in minori. In secunda figura medius terminus erit bis predicatū: hoc est semel in maiori. et semel in minori. In tertia figura medi⁹ terminus erit bis subiectum semel in maiori. et semel in minori.

¶ Sub pre prima bis pre secunda. tertia bis sub.

Et nota q nouendecim sunt modi: scilicet nouem in prima figura / et quattuor in secunda / et in tertia sex.

Prima nouem / secunda tetras / et tertia bis tres.

Nota q duplex est conclusio. s. directa ⁊ indirecta. Conclusio directa est quando maior extremitas predicatur de minore extremitate. Conclusio indirecta est quando minor extremitas predicatur de maiore extremitate.

Predico maiorē dum sit conclusio recta.
Et indirecta dum predicat ipse minorem.

Insuper nota q omnes modi concludunt directe exceptis quinq3 vltimis prime figure que patent in versibus sequentibus.

Omnis directe concludunt excipe quinq3.
Nomina quorum bara. ce. da. fa. frisesomorum.

Et notandum est q in versibus sequentibus continentur omnes modi in quibus sunt syllogismi / et tot sunt modi quot sunt dictiones. ⁊ in omni dictione per a intelligitur vniuersalis affirmatiua. per e / vniuersalis negatiua. per i / particularis affirmatiua. per o / particularis negatiua.

Barbara / celarent / darij / ferio / baralipton.
Celantes / dabitis / fapesmo / frisesomorum.
Cesare / camestres / festino / baroco / darapti.
Felapton / disamis / datisi / bocardo / ferison.

Et notandum est: q si omnes propositiones sunt negatiue / vel si omnes propositiones sunt particulares nunq3 erit bonus syllogysmus neq3 in hypotheticis exclusiuis nec exceptiuis.

Syllogisari non est ex particulari.
Neq3 negatiuis: recte concludere si vis.

¶ Et sciendum. q omnis syllogismus tam secunde q tertie figure pōt reduci in quattuor p̄mos modos: qr ois modus incipiēs p b / reduci in barba. et p e / in celarēt. p d / in darij. ⁊ p f / in ferison. vñ⁹. S. simplex p ac. m. traspos. c facit impos. Sic exponitur ille versus. S / notat simplicē ꝯuersionē: qñ vocalis p̄cedit al iā: tūc propositio debet conuerti simpliciter. Et qñ vocalis precedit p / tūc prepositio debet cōuerti per accidens. M notat transpositionē vt patet in fapesmo: et fiat ille syllogysmus ois hō est animal: nullus lapis est hō ergo / quoddam animal non est animal. et conclusio erit indirecta. Maior debet conuerti per accidēs. quia a precedit p / sic ergo quoddam animal non est homo et minor debet conuerti simpliciter. quia illa vocalis e / precedit. S ergo nullus homo est lapis. Et propositiones debent transponi: quia illa litte

ram/est in fapesino. Fiat ergo sic syllogysmus. Nullus homo est lapis: quoddam
aial ē hō/ergo quoddā aial nō est lapis. Et sic reducitur in ferio simpliciter patz de
aliis duobus modis/qz debent reduci per impossibile: scz in baroco et bocardo.
¶ Et est reducere per impossibile sumere oppositum conclusionis ⁊ vide si maior
est vniuersalis/vel minor. si maior debes ponere oppositum conclusionis loco mi
noris/et oppositum minoris loco conclusionis. Si minor debes ponere opposit
conclusionis loco minoris. Fiat ergo syllogismus in baroco sic. Omnis homo es
animal: quidam lapis non est aial/ ergo quidam lapis non est homo oppositum
cōclusionis est omnis lapis est homo: oppositum minoris est omnis lapis est aia
reducatur ergo sic. ois homo est animal/ois lapis est hō/ergo omnis lapis est ani
mal. Et sic debet bocardo reduci in barbara. vel sic exponatur predictus versus
S/simplex. hoc est qn S/sequitur vocalem/tunc propositio facta per illam voca
lem debet conuerti simpliciter/vt patet in celantes. p per ac. hoc est quando p/se
tur vocalem tunc propositio facta per illā vocalem debet conuerti per acciden
vt patet in baralipton. m traspos. hoc est qn hec lrā m/ponitur in aliquo modo si
ue in prima syllaba/siue secunda vel tertia/siue quarta semper causat transpo
tionem propositionum/vt patet in fapesmo. C/facit impos. hoc est qn C/ habetu
in aliquo modo oportet sumere oppositū conclusionis. Et si maior sit vniuersali
vt in baroco tūc ponatur oppositū cōclusionis in loco minoris/⁊ oppositum min
ris in loco conclusionis. Et si minor sit vniuersalis vt in bacardo tunc ponitur o
positum conclusionis in loco minoris/et oppositum maioris in loco conclusionis
vt patet supra.

Consequentia est qōdā aggregatum ex ante dente ⁊ consequente cum nota consequentie.

¶ Uel consequentia est quedam sequela inter aūs ⁊ ꝯūs cum nota sequentie.
Et note sequentie sunt iste. ergo/ideo/igitur/si / quia. ¶ Antecedens est illud q
immediate precedit notam sequētie. Et consequens est illud quod immediate se
quitur notā ꝯsequētie/nisi in ꝯditionali et causali/qz in illis propositio que imm
diate seqtur si vel quia vocatur antecedens et altera vocatur ꝯūs. ¶ Item con
quētia dr duobus modis scz bona et nō bona. ¶ Cōsequentia bona dr duobus m
dis scz bona et formalis/et bona materialis. ¶ Consequentia bona materiali
dr tripliciter. Uno mō qn aūs est impossibile/et ꝯūs sibi imꝯtinēs. vt homo est a
nus/ergo baculus stat in angulo. Alio mō qn ꝯūs est necessariū/et aūs sibi imp
nēs/vt vos curritis/ergo deus est. Tertio modo quando tenet gratia termino
hoc est quando tenet in vno et non omni simili/ vt omnis sol lucet/ergo ille sol l
cet. vel sic. vos non estis ille homo demonstrando vos/ergo vos non estis homo

¶ Ad cognoscendū que cōsequentie sunt bone et for males dantur regule generales. quarum prima est

¶ Quelibet ꝯūa est bona et formalis qn ꝯūs formaliter intelligitur in aūte/ v
homo currit/ergo aial currit. ¶ Alia regula est ista. quelibet ꝯūa est bona et fo
malis qn expositio consequentis sequitur oppositum aūtis. et hoc formaliter v
ex opposito istius. animal currit/sequitur oppositum istius. homo currit: quia se
quitur nullum animal currit/ergo nihil quod est homo currit.

¶ Alia regula est. Quelibet cōsequētia est bona ⁊ fo

malis quando oppositum consequentis formaliter repugnat antecedenti/vt ist
ꝯsequētia est bona et formalis. homo currit. ergo aial currit. quia oppositum co
sequētis scilicet. Nullum animal currit repugnat huic antecedenti. homo cu

nt. ¶ Et dicuntur propositiones repugnare qñ non possunt simul stare in veritate vel quando ex opposito vnius sequitur oppositum alterius.

¶ Alia regula est ista. in omni consequentia bona et

formali. Quicq̃d antecedit ad antecedens/antecedit ad consequens. vt homo currit/ergo animal currit/ q2 quicq̃d antecedit ad hoc antecedens hõ currit añcedit ad hoc consequens animal currit. q2 sequitur homo albus currit: ergo aial currit ¶ Item in omni bona consequentia et formali/quicquid seq̃tur ad consequens sequitur ad anteceđes. vt homo currit: ergo animal currit. quicquid sequitur ad hoc consequens animal currit: sequitur ad hoc antecedens homo currit. ergo sequitur homo currit: ergo corpus currit.

¶ Alia regula est ista. si in nullo casu possibili posito

añs potest esse verũ ꝛ ꝯñs falsum. illa ꝯña est bona. vt iste homo currit: ergo aliquis homo currit. Item si in aliquo casu possibili posito añs põt esse verũ ꝛ ꝯñs falsum illa consequentia non valet. vt vos mouemini ergo vos curritis.

¶ Alia regula est ista. arguendo a primo ad vltimũ

vbi omnes consequentie intermedie sunt bone ꝛ formales. et non varietate est cõsequẽtia bona. ꝛ arguit̃ a primo ad vltimũ qñ illud qđ est ꝯñs vni⁹ ꝯñe est añs alteri⁹ ꝯsequẽtie: ꝛ nõ maius neq3 minus. et sic generaliter quousq3 perueniatur ad vltimũ ꝯsequẽs/et tũc ex primo añte/et vltimo ꝯsequẽte ẽ ꝯña bona. vt hõ currit ergo aial currit. aial currit/ergo corpus currit. corp⁹ currit/ergo substantia currit substãtia currit: ergo res currit. res currit/ergo ens currit. ꝛ sic a primo ad vltimũ homo currit/ergo ens currit. ¶ Contra istã regulam arguitur sic. Si illa regula Obiectio.
sit vera ista ꝯña esset bona sc3 nullũ tempus est: ergo aliquod temp⁹ est. q2 põt argumentari a primo ad vltimũ cõsequẽtijs intermedijs sic. nullũ tẽpus est: ergo dies non est. dies non est: et aliquod tempus est/ ergo nox est. nox est/ergo aliquod tempus est. ꝛ a primo ad vltimũ nullũ tempus ẽ: ergo aliquod tẽpus ẽ. ꝛ q̃ ista Responsio.
consequẽtia non valet ꝓbatur: q2 arguitur ab vno contradictorio ad reliquũ. Ideo dicendũ est q̃ ista consequentia non valet/nec hic arguitur per regulam/quia consequẽtie sunt variate. quia plus additur antecedenti secunde consequentie in cõsequente prioris consequentie.

¶ Alia regula est ista. quando arguitur ab vniuersa

li ad suã particularẽ: siue indiffinitã/siue subalternã affirmatiue siue negatiue ẽ ꝯña bona. vt quilibet homo currit/ergo aliquis homo currit/nullus homo currit: ergo aliquis hõ nõ currit. ¶ Alia regula est ista. ab vniuersali affirmatiua ad suam singularẽ affirmatiuã cũ debito medio est ꝯña bona. vt ois homo currit: ille ẽ homo/ergo ille homo currit. sed sine debito medio non valet consequentia: quia non sequitur quilibet homo currit ergo ille homo currit quodcũq3 demonstratur. sed aliq̃ñ tenet gratia terminorũ: vt in terminis significantibus res incorruptibiles. vt omnis sol lucet/ergo iste sol lucet. Et aliq̃ñ in nominib⁹ partitiuis. vt vter istorũ currit. ergo iste istorũ currit. ꝛ qñ añs est impossibile. vt ois homo est lapis: ergo iste homo est lapis. ¶ Alia regula est ista. A particulari ad suã indiffinitam est ꝯña bona ꝛ econtra. vt aliquis homo currit. ergo homo masculus currit: homo currit ergo aliquid quod est homo currit. ¶ Alia regula est ista. ab vniuersali negatiua ad suam singularem negatiuã est consequentia bona. vt nullus hõ currit/ergo iste homo non currit.

¶ Alia regula. In oi ꝯsequẽtia bona et formali si añs sit verũ ꝯñs erit verũ. q2 ex Versus.
verisnihil sequitur nisi verũ. ꝛ si añs est falsum nõ sequitur q̃ ꝯñs erit falsum. vñ⁹ ex falsis verũ/ex veris nil nisi verũ. ¶ Alia regula est ista. ex impossibile seq̃tur quodlibet. vt vos estis asin⁹: ergo vos curritis. ¶ Item necessarium sequitur ad quodlibet. vt vos curritis/ergo deus est. ¶ Alia regula est ista. ex cõtingenti nunq̃ sequitur impossibile. vt homo currit: ergo nullus deus est.

¶ Item ex necessario nunq̄ sequitur cōtingēs: vt si ista cōsequētia nō valet/ dm
est: ergo vos curritis. ¶ Alia regula est ista q̄n arguitur ab inferiori ad suū supe
rius cū negatione postposita ⁊ cū debito medio est cōsequētia bona vt hō nō cu
rit/ et homo est animal: ergo aial nō currit. ¶ Notādū q̄ inferi⁹ dr̄ de duobus mo
dis. s. inferius p̄ se/ et inferius per accidēs. Inferius per se est vt iste terminus hō
ad istū terminū aial: et aial ad corpus et corpus ad substantiam. Inferi⁹ p̄ ac
est q̄libet termin⁹ q̄ cū addito sumitur respectu alterius termini: vt iste termin
homo alb⁹ est inferius ad istū terminū hō ꝓpter hāc r̄ām. Oē se habens per m
dium appositionis vl' additionis respectu alterius est inferi⁹ eo. Ex hoc notand
sequitur hec regula. ¶ Qn̄ arguitur ab inferiori ad suū superius sine negatione
sine distributione: et sine aliqua dictione habēte vim negatiōis vel distributiō
est ɔ̄ña bona tā per se q̄ per accidēs. per se vt homo currit: ergo animal currit: p
accidens homo albus currit/ ergo homo currit.

¶ Et notandum q̄ tripliciter contingit arguere ab

inferiore ad suū superius a parte subiecti/ a parte predicati et a parte vtrius
¶ A parte subiecti q̄n subiectū in an̄te est inferius ad subiectū in ɔ̄sequēte/ vt h
mo currit: ergo aial currit. ¶ A parte predicati q̄n predicatū in an̄te est inferi
ad p̄dicatū in ɔ̄ñe. vt homo currit: ergo hō mouetur. ¶ A parte vtriusq̄ quand
subiectū et predicatum in an̄te sunt inferius ad subiectum ⁊ predicatū in cons
quente: vt homo currit: ergo animal mouetur.

¶ Nota quinq̄ modis fallit hec regula. Arguend

ab inferiori ad suum superi⁹. ¶ Primo modo q̄n arguitur ab inferiori ad suū s
perius a p̄te subiecti cū negatiōe p̄posita. vt nullus hō currit: ergo nullū aial c
rit. ¶ Scđo mō q̄n arguitur ab inferiori ad suū superius a p̄te p̄dicati dictiōe
clusiua addita subiectis: vt tātū homo currit: ergo tm̄ hō mouetur. ¶ Tertio m
q̄n arguitur cū nota alietatis vel differētie p̄posita: vt hō est aliud ab asino: er
hō est aliud ab animali. ¶ Quarto mō q̄n arguitur cum distributiōe vel cum a
qua dictione habente vim negationis vel distributionis: vt omnis homo cur
ergo omē aial currit. ¶ Quinto mō q̄n arguitur ab inferiori ad suū superius cu
aliqua istarū dictionū q̄ vel sicut vel cum cōparatiuo vel superlatiuo gradu
non valet cōsequētia: vt vos estis ita fortis sicut ille hō: ergo vos estꝫ ita fortis
Regl'a notāda. cut homo. vos estis fortior isto homine/ ergo vos estis fortior homine. Uos es
fortissimus istorū hominū: ergo vos estis fortissimus hominū. Sed q̄n arguitur
superiore ad suū inferius cū aliqua istarū dictionū: tūc est cōsequētia bona/ v
vos estis ita fortis sicut hō: ergo vos estis ita fortis sicut ille hō. vt vos estꝫ fort
simus hominū: ergo vos estis fortissimus istorū hominū. ¶ Alia regula est ista a
guendo a superiori ad suū inferius sine negatione: sine distributione / vel aliqu
dictione habēte vim negationis vel distributione nō valet ɔ̄ña de forma/ vt an
mal currit: ergo homo currit. licet aliq̄n tenet de materia. vt animal ridet: er
homo ridet.

¶ Alia regula est ista. In omni ɔ̄ña bona et formali q̄n arguitur ab inferiori a
Obiectio. suū superi⁹ distributo ɔ̄sequente sequit̄ añs distributū si cōsequēs sit distribu
le: ⁊ añs similiter. vt homo currit ergo aial currit. ideo sequit̄ omne aial currit: er
ois hō currit. ¶ Sed cōtra istam regulam arguitur sic ista ɔ̄sequentia est bon
Responsio. hō currit ergo homo mouetur et tn̄ non sequitur ois hō mouetur/ ergo ois hō cu
rit/ ergo regula nō valet. ¶ Huic dr̄ q̄ ɔ̄suis nō tenet a parte p̄dicati in affirmati
uis tamen tenet in negatiuis. vt nullus homo mouetur: ergo nullus homo currit
Similiter arguendo a superiori ad suum inferius in terminis accidentalibus
ne debito medio cum distributione affirmatiua preposita nō valet consequēt
de forma/ vt omne coloratū est: ergo omne album est: sed cum debito medio est c
sequentia bona. vt omne coloratum est: omne album est coloratum/ ergo omne a
bum est.

¶ Alia regula. ab actiua ad passiuā est ɔ̄ña bona et ecōtra: vt ego amo vos: er
vos amamini a me. et vos amamini a me. ⁊c̄.

De exclusiuis.

SEquitur de dictionibus exclusiuis ⁊ sunt iste tantum/⁊ tantummodo solum/solummodo/precise/⁊ dūtaxat. Et quelibet propositio in qua ponitur aliqua istarum a parte subiecti debet exponi p suas exponentes: que sit affirmatiua siue negatiua/quarū p̄ma erit eius preiacens. Scd̄a erit vniuersalis de subiecto ⁊ qualitate oppositis/subiecto ⁊ qualitati preiacentis. Exēplū/vt tm̄ homo currit: sic exponitur: hō currit/⁊ nihil non hō currit. Tm̄ homo non currit: sic exponitur homo non currit: sed quodlibet non hō currit: vel quodlibet aliud ab hoie currit. ¶ Prima regula est hec ab exclusiua ad suū preiacēs est ꝯ̃a bona: sed non econtra: vt tm̄ homo currit: ergo hō currit. Et preiacens exclusiue est illud quod remanet dempta dictione exclusiua vt homo currit est preiacens istius homo currit.

¶ Alia regula est illa. ab exclusiua affirmatiua ⁊ nō negatiua ad suum vniuersale in terminis trāspositis: in terminis rectis in singulari numero cū verbo de p̄nti/⁊ non ampliatiuo: est ꝯ̃a bona/vt tm̄ hō currit ergo omne currēs est hō: et econtra omne est currens homo. ergo tm̄ homo currit. Verba ampliatiua sunt ista. incipit desinit/potest et apparet ⁊ oīa verba de p̄terito et futuro que possunt predicare de re existente et non existente. vt homo non existens potest esse rome. Similiter antichristus potest esse qui nondum est/sed in aliquis et in hypotheticis non valet ꝯ̃a. vt cuiuslibet hois asinus currit. ergo tm̄ currens est hois asinus: q2 antecedens potest esse verū et ꝯ̃ns falsum posito ꝙ quilibet homo habeat duos asinos/vnum currentem et alterū iacentē/iam antecedens est verum et consequens falsum. Nota de v̾bis ampliatiuis.

¶ Alia regula est ista. Ab vna exponēte exclusiue ad exclusiuam non valet consequentia/vt homo currit ergo tantum homo currit. ¶ Alia regula est ista. ab exclusiua ad vnam eius exponentem est consequentia bona. vt tm̄ homo currit: ergo nihil aliud ab homine currit.

¶ Et notandum ꝙ oppositum exclusiue debet dari negationem prepositam toti. vt tm̄ homo currit. oppositum huius est hoc. non tm̄ homo currit/qđ debet ꝑbari per duas causas veritatis que debent dari per disiūctiuā factā ex oppositis partium opponentium exclusiue affirmatiue vt non tm̄ homo currit. habet pro causis veritatis istas duas propositiones. Nihil quod est homo currit. vel aliquid non homo currit. Et oppositum exclusiue affirmatiue equiualet vni disiunctiue: facte ex oppositis partium exponentium exclusiue affirmatiue: vt non tantum homo currit. equiualet huic: nihil quod est homo currit: vel aliquid non homo currit. et debet probari per illas.

¶ Item quando arguitur a ꝑpōne habente plures causas veritatis ad vnā illarū non valet ꝯ̃a. vt hic nō tm̄ homo currit. ergo aliquid nō hō currit. Uel sic. nō tm̄ hō currit ergo nihil qđ est hō currit. q2 antecedens pōt esse verū et ꝯ̃ns falsum. posito ꝙ homo et asinus currant. vel ponendo ꝙ nihil currat. iam añs est verū sc3 ꝙ non tm̄ homo non currit. q2 h3 vnam causam veritatis veram et ꝯ̃ns est falsum: sc3 nihil qđ est homo currit: q2 eius oppositum est verum aliquid quod est homo currit.

¶ Alia regula est ista. quando arguitur ab vna causa veritatis ad propositionem habētem illam: tunc illa ꝯ̃a est bona. Ut nihil qđ est homo currit. ergo non tantum homo currit. Et quando arguitur ab vtraq3 cā veritatis ad propositionem habentē illam: tunc ꝯ̃a illa est bona/et econtra. Ut nihil qđ est homo currit: vel aliquid non homo currit: ergo nō tantum homo currit. ⁊ econtra non tm̄ homo currit. ergo nihil quod est homo currit. vel aliquid nō homo currit.

¶ Alia regula est ista. quando arguitur ab inferiori

ad suũ superi⁹ a pte subiecti dictione exclusiua addita subiectis est ꝯña bona.v
tm̃ hō currit/ergo tm̃ aial currit. Sed a pte ꝑdicati non valet ꝯña. vt tantum hõ
currit/ergo tm̃ homo mouetur. Sed aliquando tenet gratia terminorũ.vt tantũ
vos differtis ab hoie/ergo tantum vos differtis ab animali.

¶ Alia regula est ista. quando dictio exclusiua addi-
tur dictioni signt̃ nũeꝝ vltra nũeꝝ binariũ/tũc dupliciter habet exponi.s.rõne plu
ralitatis/⁊ rõne alietatis. Rõne pl'alitatis sic exponit̃. tm̃ quattuor hoies curru
quattuor hoies currũt ⁊ nõ plures ꝙ̃ quattuor hoies currũt. Rõne alietatis sic e
ponitur. quattuor hoies currũt ⁊ nulli alij hoies ꝙ̃ quattuor.

¶ Alia regula est ista. Ab exclusiua affirmatiua ad
suam exceptiuam negatiuam est consequentia bona. in consimilibus terminis/n
in terminis transcendẽtibus ex cõsequentia bona/et econtra vt tm̃ homo curri
ergo nihil preter hominem currit. ¶ Notandum ꝙ quattuor sunt ordines exclus
ue. Primus est quando dictio exclusiua preponitur subiecto vt tm̃ homo curri
Secundus est quando dictio exclusiua immediate sequitur subiectum. vt hom
tantum est currẽs. Tertius est quando dictio exclusiua postponitur principal
verbo/vt homo est tantũ currens. Quartus est quando ponitur inter partes p
dicati. vt tu es videns tantũ hominem. ¶ Et notandum ꝙ secundũ aliã et alia
situationem dictionis exclusiue in propositione exclusiua/propositio debet alit
et aliter exponi exemplum. Aliquando enim precedit totaliter in propositione.v
tantum vides hominem. Et sic exponitur. Tu vides hominem et nihil non tu
des hominem. Aliquando immediate preponitur. verbo, vt tu tantum vides h
minem/sic exponitur. Tu vides hominem et nihil aliud facis ꝙ̃ vides homi
Aliquando preponitur totaliter predicato/vt tu es tantum videns hominem.s
exponitur. Tu es videns hominem et non es aliud ꝙ̃ videns hominem. Aliq
ponitur inter partes predicati: vt tu es videns tantũ hominẽ et tunc si habet e
poni tu vides hominem/ et non vides aliud ꝙ̃ hominem. Et eodem modo exp
nitur illa/hic tm̃ hoiem vides. ¶ Item tu es similis solum sorti. sic exponitur. t
es similis sorti/et non es simili alij ꝙ̃ sorti. ergo tu es similis solum sorti. ⁊c̃.

Sequitur de dictionibus exceptiuis. Et sun
iste. preter/ preterꝙ̃/ et nisi/ ⁊ his cõsimiles.
Et quelibet proposito in qua ponitur aliqua istarum a parte subiecti debet e
poni ꝑ duas exponẽtes. sed priusꝙ̃ dicatur de eius expositionibus. ¶ Nota quo
pars extra capta vocatur illud qđ immediate sequitur dictionem exceptiuã. E
preiacẽs est illud qđ remanet dempta dictione exceptia cũ parte extra capta v
in ista ꝑpositione. Ois hõ ꝑter sortẽ currit. ly sortes est pars extra capta et hec p
positio. ois homo currit est preiacens. ¶ Et notandum. ꝙ si exceptiua sit affirma
tiua: prima eius exponens erit negatiua: cuius subiectũ erit pars extra capta e
predicatum ⁊ copula erũt eadẽ q̃ erãt exceptiue/ scđa erit vniuersalis affirmati
ua in qua ꝑmo sumitur signũ vniuersale affirmatiuũ cũ subiecto preiacentis.c
ista dictione alius/a/ud. in eodem casu/gñe et nũero: cũ parte extra capta i abla
tiuo casu. vt ista ois hõ preter sortẽ currit. sic exponitur sortes nõ currit / sed oi
homo alius vel alia a sorte currit/ꝫ ois homo preter sortẽ currit. Et si exceptiu
sit negatiua. prima exponens affirmatiua et reliqua erit illa que dabitur sic
prius: preterꝙ̃ in loco signi vniuersalis affirmatiue: ponitur signum vniuersal
negatiue/vt nullus homo preter sortem currit. sic exponitur. sortes currit sed nu
lus alius vel alia a sorte currit. ergo. ⁊c̃. Et iste exponentes tenentur generalite
in exceptiuis proprijs. ¶ Pro quo notandum est. quod nulla exceptiua dicitu
propria nisi eius preiacens sit proposito vniuersalis affirmatiua vel negatiu
a qua dicitur exceptiua constituti. Unde ista exceptiua non est propria. Ali

...is homo preter sortem currit.

¶Alia regula est ista. Omnis exceptiua propria repugnat suo preiacenti. vt ille repugnant. omnis homo currit: et ois homo preter ...tem currit. Nam dicuntur propositiones repugnare/qñ non possūt simul stare ...veritate/vel cum ex vna sequitur oppositū alterius/sicut et in propositis. ¶Et ...us q ad omnem exceptiuam propositionem quattuor requirūtur/ scz preiacēs ...ceptiue/subiectum preiacentis/pars extra capta et illud respectu cuius fit exceptio.

¶Alia regula. ab exceptiua ad eius exponētes tam ...uisim q̄ coniunctim est ɔña bona: et ecōtra ɔiunctim. vt sequitur ois hō p̄ter sor... currit/ergo sortes non currit. Et silr ois hō p̄ter sortem currit. ergo ois hō ...us vel alia a sorte currit. Et sic diuisim coniūctim. ois hō preter sortem currit ...go sortes non currit. sed ois hō alius vel alia a sorte currit. Et sequitur econtra ...ɔiunctim. Ut sortes non currit/sed ois homo alius vel alia a sorte currit/ergo ...homo preter sortem currit. ¶Nota differentia est inter istos tres terminos: ...p̄terq̄ et nisi. Nā preter et preterq̄ sumuntur indifferenter tam in affirmatiuis q̄ negatiuis. et nisi solum in negatiuis.

¶Alia regula est ista. Propositio in parte vera et in ...te falsa potest verificari p exceptionem partis false: vel partium falsarū. Et ...sito in parte vera et in parte falsa habet aliquas ꝓpositiones singulares ve... et aliquas falsas: vel aliam veram et aliam falsam. Unde posito q sortes se...et omnis homo non sortes currat: tunc hec propositio omnis homo currit et ...parte vera et in parte falsa/et habet verificari per exceptionem partis false/ ...sortes currit: sic omnis homo preter sortem currit. Et si sortes et plato sedeant ...omnis homo non aliter istoꝝ currit/tunc habet verificari per exceptionē par... falsarum sic/Ois homo preter alterū istorū currit. demonstrando sortē et pla...nem. Unde semper si exceptio fiat pro pluribus habet dari per terminum par...ium vel disiunctione. vt patet in istis exceptiuis predictis.

¶Alia regula est ista. Si exceptiua sit ꝓpria requi... q pars extra capta sit inferior ad subiectum preiacentis / vt omnis homo ...er sortem currit.

¶Alia regula est ista. Si tot excipiūtur quot suppo...tur: tunc exceptiua est impropria/ vt patet per eius diffinitionem. Quia ex...tio est extracaptio partis a suo toto. Unde ista exceptiua est impropria. Ois ...o preter hominem currit. quia tot excipiuntur quot supponuntur.

¶Contra ista est satis propria: nullus sol preter istū ... Et hic tot excipiuntur quot supponūtur ergo regula nulla. Dico q regula ...dicta est satis bona: et hz intelligi qñ illud qd supponitur et illud qd excipit ...eodem modo excipitur quo supponitur. sed sic non est hic. qz vnus terminus sup...it discrete et alius confuse et distributiue. — Obiectio. / Responsio.

¶Alia regula est ista. In omni exceptiua vera et af...matiua predicatum dicitur de subiecto preiacētis et remouetur a parte extra ...pta. Ut omnis homo preter sortē currit currens remouetur a sorte/et dicitur de ...homine. Sed in exceptiua negatiua predicatum dicitur a parte extra capta ...remouetur a subiecto preiacentis. vt nullus homo preter sortem currit / curre... dicitur de parte extra capta. et remouetur ab hoc homine: quod est subiectū pre...centis.

¶Alia regula est ista. oppositum exceptiue de dari

per negationē prepositā toti/sicut appositū exclusiue ꝛ habet duas causas verita-tis. ¶ Et nota ꝙ non est verius dari appositum alicuius propositiōis cathegori-ce ꝙ̄ preponere negationem toti. vel delere eam si preposita fuerit. ꝛc̄.

¶ De copulatiuis regule.

¶ Prima regula est ista. Si vna pars copulatiue est falsa. tota copulatiua est falsa. et si vtraqꝫ pars copulatiue est vera. tota copulati-ua est vera.

¶ Alia regula est ita arguendo a tota copulatiua ad alterā eius partem est ꝯn̄a bona et formalis: vt vos estis homo/ergo vos curritis.

¶ Alia regula est. A toto copulato ad alteram eius partem est cōsequentia bona. vt sortes et plato currūt: ergo plato currit. nisi cum verbis significantibus diuisionem/ vt sortes et plato trahūt lapidem: ergo plato trahit lapidē. non valet consequentia.

¶ Alia regula est. A parte copulatiue ad totā copu-latiuā nō valet ꝯsequētia de forma. Sed quinqꝫ modis tenet de materia. Primo modo qn̄ copulatiua fit ex parte inferiori et superiori/ tunc arguendo a parte in-feriori ad totā copulatiuam ē ꝯn̄a bona/ vt vos estis hō/ergo vos estis hō/ ꝛ vos estis animal. Secundo modo quando copulatiua fit ex parte contingenti / et ex parte necessaria/ tunc arguendo a parte contingenti ad totam copulatiuam est cōsequentia bona vt vos curritis: ergo vos curritis/et deus est. ¶ Tertio modo quando copulatiua fit ex probatione possibili/et ex propositione impossibili. tunc arguendo a parte copulatiue que est impossibilis ad totam copulatiuam est con-sequentia bona. vt vos estis asinus: ergo vos estis asinus/ꝛ vos curritis.

¶ Quarto quando copulatiua fit ex partibus conuertibilibus. tunc arguendo a parte copulatiue ad totam copulatiuam est consequentia bona. vt vos estis ho-mo/ergo vos estis hō/ et vos estis animal rationale. ¶ Quinto qn̄ copulatiua est facta ex duabus partibus quarū vna nō potest esse vera sine altera/ tūc argue-do ab illa parte copulatiue q̄ nō pōt esse vera sine altera/ad totam copulatiuam est consequentia bona. vt vos sedetis ergo vos sedetis. et vos estis homo.

¶ Alia regula. Ista dictio et/quādoqꝫ tenetur copu-latiue et aliquando copulatim. Tenet̄ copulatiue qn̄ copulat inter ꝓpositiones vt vos estis aial. et vos estis substātia. Tenet̄ copulatim qn̄ copulat inter ter-minū ꝛ ꝓpositionē. vt tu es aial ꝛ asinus. ¶ Itē qn̄ ille terminus ꝛ/tenet̄ copulatim tūc talis ꝓpositio est distinguenda penes sensum ꝯpositū ꝛ sensum diuisum. Qn̄ est sensus ꝯpositus oportet ꝙ manet idem subiectum. vt tu es homo animal/et tu es asinus: et hec est falsa. Quando sensus diuisus est/tunc oportet ꝙ manet idem predicatū. vt tu es animal/et asinus est animal. et hec est vera.

¶ Alia regula/oppositum copulatiue est vna disiun-ctiua facta ex oppositis partiū copulatiue illius/vt homo currit et aial currit. Oppositum ei⁹ est hoc/nihil qđ est homo currit/ vel nullū aial currit.

¶ Sequitur de disiunctiuis.

¶ Prima regula est hec. Si vna pars disiūctiue sit vera/tota disiunctiua est vera/et si ambe partes sint false/illa disiunctiua est fal-sa. vt vos estis asinus vel vos estis capra. ¶ Alia regula est hec. arguēdo a parte disiunctiue ad totam disiunctiuā est cōsequentia bona. vt homo currit / ergo homo currit vel asinus sedet. Alia regula est ista. a tota disiunctiua ad alteram ei⁹ par-tem nō valet consequentia de forma. vt vos curritis vel vos sedetis/ergo vos cur-ritis. Sed quinqꝫ modis tenet gratia terminorum.

De disiunctiuis & Conditionalibus.

¶ Primo modo quando est aliqua disiunctiua facta ex parte inferiori/et ex parte superiori. tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem superiorem est ꝯsequentia bona. vt vos estis homo vel vos estis animal/ ergo vos estis animal. ¶ Secūdo mō qñ disiunctiua fit ex parte cōtingenti ꝛ ex parte necessaria. tūc arguēdo a tota disiunctiua ad partē necessariā ꝯña bona vt vos curritis. vel deus est ergo deus est. ¶ Tertio modo quādo disiunctiua fit ex parte impossibili. et ex parte possibili. tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem possibilem est consequētia bona vt vos sedetis/vel vos estis asinus ergo vos sedetis. ¶ Quarto modo quando disiunctiua est facta ex terminis conuertibilibus/tunc est consequentia bona. vt vos estis risibilis/vel vos estis homo: ergo vos estis risibilis.

¶ Quinto modo qñ disiunctiua fit ex duabus partibus/quarꝫ vna nō pot eē vera nisi altera sit vera/tunc arguendo a tota disiunctiua ad illam partem sine qua altera non potest esse vera est cōsequentia bona vt vos estis mouens/ vel vos estis currens/ergo vos estis mouens.

¶ Alia regula est hec. arguendo a tota disiūctiua/ad

alteram eius partem cū opposito vnius partis. ita ꝙ oppositum consequētis nō sumitur in minore est consequentia bona. vt vos estis hō vel vos estis asinus. sed vos non estis homo/ergo vos estis asinus.

¶ Item ille terminus vel potest tenere disiunctiue vel disiunctim tenetur disiunctiue qñ disiungit inter propositiones: vt vos estis homo/ vel vos estis animal et tenetur disiunctim quando ponitur inter propositionem et terminum. et tunc est distinguenda penes sensum compositum et sensum diuisum. Sensus cōpositus est quando subiectum in prima propositione est subiectum in prima propositione. vt S. vel. P. currit. Sensus diuisus est quando predicatum in prima propositione ē predicatū in secunda propositione. vt. S. currit. vel. P. currit. ¶ Et sciendum est ꝙ contradictorium disiunctiue est vna copula facta ex oppositis partium illius disiūctiue. vt vos curritis vel vos mouemini. oppositum eius est hoc. vos non curritis et vos mouemini.

De conditionalibus.

¶ Prima regula est hec. conditionalis dicitur bona

si ꝯña formaliter intelligitur in añte. vt ista est bona si vos curritis vos mouemini. ¶ Alia regula est illa. Oīs conditionalis bona ꝯuertitur cū ꝯña que est bona ꝛ necessaria/vt ista est bona et necessaria. Si hō currit aīal currit. quia conuertitur cū hac ꝯña que est bona. s. homo currit ergo aīal currit/ et oīs conditionalis que non valet conuertitur cū ꝯña q̄ non valet: et est impossibilis. vt hec si deus est homo est leo. ¶ Alia regula est ista. Oīs conditionalis bona conuertitur cū ꝯsequentia que est bona que cōuertitur cū ista ꝯña deus est/ergo homo est leo que nō valet et sine termino relatiuo immediate sequente hanc conditionem si. tantū valet sicut ꝯña facta ex antecedente et consequente eiusdem conditionalis: vt si vos curritis vos mouemini. tantum valet ista vos curritis ergo vos mouemini. Sed si terminus relatiuus immediate sequatur si. tunc consequentia non valet tantū sicut consequentia facta ex antecedente et consequente. vt aliqua propositio est. et illa sit vera. tu es asinus.

¶ Alia regula est ista. ad cognoscendū quando conse

quens formaliter intelligitur in antecedente fiat vna consequentia ex antecedente et consequente conditionalis. ꝛ si ꝯña facta sit bona ꝛ formalis tūc in conditionali consequens erat intellectum in antecedente.

¶ Alia regula est ista. oppositū conditionalis debet

fieri per negationem prepositā toti. Ut oppositū istius. Si fortes currit. P. currit est hoc. non si fortes currit. P. currit que formaliter repugnant. Et tunc illud equiualet vne expletiue facte ex antecedente conditionalis et contradicto ꝯsequētis

vt illa. Non si vos estis homo vos estis animal. equiualet huic vos estis homo l[...]
cet vos non estis animal.

¶ Alia regula est ista. a tota conditionali cũ suo an=
tecedente ad consequens eiusdem est ꝯña bona/ vt si ego sum homo ego sum a[...]
sed ego sum homo ergo ego sum animal.

¶ Alia regula est. a tota cõditionali cũ opposito con[...]
sequentis ad oppositum antecedentis est cõsequẽtia bona/ vt si tu curris tu sede[...]
sed tu non sedes ergo tu non curris. Et nota ꝙ antecedens in cõditionali est ill[...]
quod immediate sequitur hanc notam si. siue sit prius siue sit posterius/ prius v[...]
si homo currit. animal currit. posterius/ vt animal mouetur si homo currit.

¶ Alia regula est ista. quedam conditionalis bona[...]
simpliciter. ⁊ quedã est conditionalis bona vt nunc. Cõditionalis bona vt nun[...]
est cuius antecedens nõ potest iã esse verũ: vt si vos estis londonijs vos estis ho[...]
mo. Bona simpliciter est talis cuius antecedens non modo potest esse verum ni[...]
consequens fuerit verum. vt si tu es homo tu es animal.

De regulis omissis.

¶ Prima regula est hec. subiectis et copulis existen[...]
tibus eisdem et predicatis varietatis secundum sub et supra/ sine negatione si[...]
distributione et sine aliqua dictione habente vim negationis vel distribution[...]
est consequentia bona. Sub. idem est ꝙ inferius. Supra idem est quod superiu[...]
Unde ista consequentia est bona. Sortes fuit albus heri: ergo sortes fuit albu[...]
quia iste terminus albus heri est inferius ad istum terminum albus: per regul[...]
omne se habens per modum oppositionis. ⁊c̃.

¶ Alia regula. vbi in aliqua consequentia sunt plu[...]
res premisse si ex oppositio consequentis cum altera premissarũ sequitur oppo[...]
tum alterius premisse/ tunc est consequentia bona. Ut omnis homo currit. tu e[...]
homo ergo tu curris. quia ex opposito consequentis cum minore sequitur oppo[...]
situm maioris q2 sequitur tu non curris ⁊ tu es homo: ergo aliquid quod est ho[...]
mo non currit. Similiter ex opposito consequentis cum maiore sequitur oppo[...]
tum minoris: q2 sequitur tu non curris: et omnis homo currit. ergo tu non es ho[...]
mo.

¶ Alia regula est. quãdo subiecta aliquarum propo[...]
positionum sunt eadem vel conuertibilia. et copule sunt eadem. et predicata con[...]
uertuntur et propositiones sunt eiusdem qualitatis et quantitatis/ et termini [...]
cise ꝓ eisdem supponunt. est consequentia bona tanꝗ̃ ab vno conuertibili ad re[...]
liquũ vt ista cõsequentia est bona. Sortes est homo: ergo sortes est animal ratio[...]
nale et mortale. Sed ista cõsequentia nõ valet. Quilibet homo est masculus erg[...]
ois hõ est masculus. q2 termini precise pro eisdem non supponunt. ¶ Nota ꝙ ter[...]
mini dicuntur ꝯuertibiles qñ mutuo se inferunt respectu cuiuscunqꝫ verbi.

¶ Alia regula est De qualibet re singulari in mũdo[...]
dicit᷑ alterum ꝯtradictoriorũ incõplexorum et nulla de re dicuntur ambo q2 nu[...]
la res est in mũdo que simul est homo et non homo. Contradictorie complexe su[...]
propositiones contradicentes. vt quidam homo currit/ et nullus homo currit. [...]
contradictoria incomplexa sunt termini contradicentes. vt homo non homo.
Unde de qualibet re in mundo dicitur vnum istorum incõplexorũ/ et de nulla re[...]
dicitur ambo. sc3 homo et non homo. quia omnis res in mundo aut est homo au[...]
non homo. Et de nulla re dicitur ambo: quia nulla res est in mundo que simul e[...]
homo et non homo.

De regulis omissis.

¶ Alia regula est ista. In omni consequētia bona & formali q̄n arguitur ab inferiori ad suū superi⁹. tūc ad alietatē ꝯñtis sequit̄ alietas añtis: vt hō currit: ergo aīal currit. vñ bñ sequit̄. aliud ab aīali currit. ergo aliud ab hoīe currit. ¶ Sed ꝯtra istā regulā arguit̄ sic. Ista ꝯña est bona hō est hō: ḡ hō est aīal/ ⁊ tñ non seqtur ecōtra aliud ab hoīe est aīal: ergo aliud ab homine est homo. Obiectio. ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ ille terminus aliud in antecedente debet immediate precedere terminum inferiorem et superiorem: sic non est in proposito ideo non arguitur secundum regulam. Responsio.

¶ Alia regula est ista. ad quācūqꝫ ꝓpoñem veram sequitur suū dictū fore verū oē eni dictū ꝓpōnis debet dari vertendo nominatiuū in actm̄ et verbū indicatiuum in verbum infinitiuum vel ꝓponendo istam cōiunctionem ꝙ. toti. Unde sequitur deus est est verum. ergo deū esse est verum vel ꝙ deus est. est verum.

¶ Alia regula est In singularibus non refert preponere vel postponere negationē ad dandum contradictoriū. Ut sortes currit. contradictorium eius est hoc. non sortes currit. vel sortes non currit.

¶ Alia regula est ista. Ab affirmatiua de p̄dicato infinito ad negatiuam de predicato finito est ꝯña bona vt vos estis non asinus. ergo vos non estis asinus. Sed ista regula habet intelligi in terminis rectis cū verbis de p̄nti nō ampliatiuo cū verbo substātiuo ⁊ nō adiectiuo/ vt sequitur formaliter. tu es hō/ ḡ tu non es hō. Sed non tenet in verbis adiectiuis/ vt tu amas nō hoiem/ ergo tu non amas hoiem. Exemplū de p̄terito tu fuisti non iustus/ ergo tu non fuisti iustus/ qꝛ añs pōt esse verum et ꝯñs falsum posito ꝙ in aliquo tp̄e fuisti iustus. et in aliquo tp̄e non. tūc añs est verū ⁊ consequens falsum ꝙ nō fuisti iust⁹ equalet huic in nullo tp̄e ante hoc fuisti iust⁹. Nec cū v̄bo de futuro ꝓpter eandem rationem. Exemplum in terminis relatiuis. Ut nō sequitur. Sortes est nō pater/ ergo sortes non est pater.

¶ Alia regula est ista. A negatiua de p̄dicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito cū cōstātia subiecti est ꝯña bona. Ut tu nō es albus/ et tu es/ ergo tu non es albus. In plurali numero nō valet nec in obliquis in ista domo tu nō es hō/ et tu es/ ergo in illa domo tu es non homo.

¶ Alia regula est ab affirmatiua de predicato priuatiuo ad negatiuam de predicato finito est consequentia bona. Ut tu es iniustus: ḡ tu non es iustus.

¶ Alia regula. Nomina & verba trāsposita idem significant. vt hō est aīal: ergo aīal est hō. ¶ Sed cōtra istā regulā arguitur sic. Si illa sit vera seqtur ꝙ ista ꝯña est bona. Oīs hō est aīal. ergo oē aīal est hō/ ⁊ tñ ꝯñs falsū ergo. ⁊c̄. ¶ Huic dr̄ ꝙ q̄uis dicti eandē rē signt in vna ꝓpōne sicut in alia nō tñ ꝓpōnes eodem modo significant. qꝛ in transmutatione terminorum multū variantur significationes propositionū.

¶ Alia regula est a diuisis ad coniuncta raro tenet ꝯña. vt tu es bonus/ et tu es carpentarius/ ergo tu es bonus carpentarius.

¶ Alia regula est ista. Omnis ꝓpoñ vera de p̄terito non est vniuersalis de simplici subiecto et de simplici predicato/ cuius veritas nō dependet a futuro. est necessaria/ vt tu fuisti.

¶ Alia regula est ista Omnis ꝓpoñ vera de p̄terito

relinquit vnam veram de presenti. Ut si hec sit vera: tu sedisti/aliquando erit ve-
rum dicere tu sedes. Eadem modo de futuro/vt si hec sit vera tu sedebis/aliquã-
do erit verum dicere tu sedes.

¶ Alia regula. Quãdo arguitur ab iferiori ad supe-
rius a parte predicati cum hoc verbo incipit vel desinit preposito nõ valet ꝯña s
aliquando tenet gratia terminorum substantialibus: vt sortes incipit esse homo
ergo sortes incipit esse animal. Sed non sequitur vos incipitis videre hoīem/
vos incipitis videre aīal: q2 hoc predicatũ incipiens videre animal est terminu
accidentalis et similit᷑ incipiens videre hoīem. Sed ab inferiori ad suũ supe-
ri⁹ a pte subiecti cũ hoc verbo incipit vel desinit postposito. ẽ ꝯña bona vt homo
incipit currere/ergo animal incipit currere.

¶ Alia regula est ista. In necessariis nõ refert annũ-
ciare vniuersaliter. Ut homo est animal. ergo omnis homo est animal. Et ecõtra
omnis homo est animal/ergo homo est animal.

¶ De suppositionibus.

QUoniam ignorantes suppositiones termino-
rum veritates ꝓpositionum latent. Ideo cir-
De tertio. ca suppositiones plura oportet scire. Primo quid sit suppositio. Secundo qui ter-
mini supponunt/et qui non. Tertio vbi supponunt/ et vbi non. Et sciendum est q
nullus terminus extra orationem põt supponere sed solũ in oratione: vt ille term
De secundo. nus homo extra orationem non supponit. sed solum in oratione. vt homo currit.
¶ Et sciendũ est q nullus terminus supponit nisi subiectum et predicatum sign
vniuersale nõ supponit/ sed facit subiectum et predicatum supponere/et sic faci
ista dictio non/et alie negationes. et differt aliud non idem comparatiuus gra
dus superlatiuus et termini modales.

¶ Et sciendũ est. q nulla pars extremi supponit: sed
De primo. toti extremo detur suppositio. Suppositio est quedam proprietas extremi ad e
tremum secundum q vnum extremum ordinatur ad aliud. Uel est significatio te
mini cathegoreumatici positi in oratione. Uel suppositio est virtus et proprieta
in termino cathegoreumatico posito in oratione. ⁊ sunt termini cathegoreuma
ci omnia nomina aliquid per se significantia/ vt homo/ lignum/lapis/ et simili
¶ Et extrema in propositione sunt subiectum et predicatum.

¶ Terminus syncategoreumaticus est ille qui p s
positus nihil significat. vt dictiones negatiue: signa vniuersalia/et aduerbia n
meralia. vt semel/bis/ter/quater. ¶ Item arguendo ab inferiori ad suum supe
us in partibus extremorum nõ valet cõsequẽtia. et arguit᷑ ab inferiori ad suũ s
peri⁹ in partibus extremorum qñ vna pars in antecedente est inferius ad alia
partem in ꝯñte. ⁊ non totũ subiectum in añte est inferius ad totum subiectum
ꝯñte vt sortes albus currit/ergo. p. coloratus currit.

¶ Nota q suppositio est duplex: scꝫ propria et ipro-
pria. Suppositio impropria est qñ dictio sig͡t alit᷑ cõi vsu loquendi ꝙ ex primari
institutione. vt anglia pugna/ bibe cyphũ. ¶ Suppositio propria est qñ termin
supponit pro illa re in propositione ꝙ significat extra propositionẽ ⁊ dicitur t
plex. scꝫ materialis/simplex/ꝑsonalis. ¶ Suppositio materialis est quãdo dicti
supponit pro sola voce et non pro suo significato/ vt amo est verbũ/ ego est ꝓnom
¶ Suppositio simplex est qñ terminus cõis supponit ꝓ quadam natura comm
vel quodam conceptu in anima per quem comprehendimus rem extra anima
vt homo est species/ animal est genus. ¶ Suppositio personalis est quando ter

mus ponit pro suo significato: vt homo est animal. ¶ Suppositio personalis dicitur dupliciter. scz discreta et communis. ¶ Discreta est quando terminus discretus supponit per se: vel pronomen demonstratiuum: vt sortes currit vel iste currit. Et illa dicitur dupliciter. scz discreta simplex: et discreta composita.
¶ Suppositio discreta simplex est in termino discreto simplici: vt in hoc termino sortes. vt hic sortes currit / plato currit. ¶ Suppositio discreta composita est propue in termino discreto composito / vt hic sortes albus currit. ¶ Suppositio communis est quando terminus cōmunis supponit. Et dicitur dupliciter. scz suppositio determinata et suppositio confusa. ¶ Suppositio determinata est quando terminus communis supponit pro suis suppositis scilicet inferioribus ad quodlibz quorum contingit descendere disiunctiue / et non copulatiue / vt quidā homo currit ergo ille vel illa: vel ille vel illa / et sic de singulis. ¶ Suppositio confusa dicitur dupliciter. scilicet confusa et distributiua / et confusa tantum. ¶ Confusa et distributiua est quando terminus cōmunis supponit pro suis suppositis et ad quodlibet eorum contingit descendere copulatiue: vt omnis homo currit / ergo ille et illa et sic de singulis.

¶ Et sciendum q terminus syncategoreumaticus affirmatiuus siue signum vniuersale affirmatiuū facit terminum immediate sequentem stare confuse et distributiue et omnis terminus communis mediate sequens signum cathegoreumaticū / siue signum vniuersale affirmatiuum. stat cōfuse tm. ¶ Suppositio confusa tantū est qn terminus supponit pro suis suppositis et non potest descendere ad ea nec copulatiue / nec disiunctiue: et sic stat predicatum huius propositionis omnis homo currit / ergo omnis homo est hoc currēs. neqz hoc currens vel hoc: et sic de singulis.

Suppositio diuiditur sic.

Impropria.
Propria
- Materialis.
- Simplex.
- Personalis.
  - Discreta
    - Simplex.
    - Cōposita.
  - Cōmunis.
    - Determinata.
    - Cōfusa
      - Distributiua.
      - Cōfusa tantū.

¶ Et sciendū q syncategoreumatica sunt dictiones numerum vel multitudinem significantes: vt signa vniuersalia: et aduerbia numeralia vt semel / bis / ter / quater. Unde in illa ppositione bis comedi panem / iste terminus panē stat confuse tm: qz non conuenit descendere ad sua singularia nec copulatiue nec disiunctiue / quia nō sequitur bis comedi panem / ergo bis comedi illum et illum et sic de singulis. Sed in ista propositione. bis panē comedi. ly panem stat confuse et distributiue: qz immediate sequitur signum sincathegoreumaticum et sic propositio est falsa. qz sequitur bis panē comedi. ergo bis istum panē comedi / et istum et sic de singulis.

¶ Alia regula est ista. Quando duo paria officialia cadūt sup vnū terminū cōmunē quorū vtrūqz hz vim confundendi terminū tunc ille terminus stabit cōfuse tm vel determinate / vt vos differtis ab omni homine ly homine stat confuse tm. ¶ Alia regula est ista. terminus cōmunis vel discretus supponens verbum de presenti nō ampliatiuo a pte subiecti supponit solūmodo pro istis q sūt: vt ille hō currit. sic supponit homo qui est currit. ¶ Itē termin9 cōis vel discretus supponens verbo de pterito a parte subiecti si nō distribuatur supponit disiunctiue pro illo qd est / vel pro illo qd fuit. vt homo fuit Rome. supponit hō qui est fuit rome / vel hō qui fuit fuit rome / et si distribuatur supponit copulatiue

nep ro illo qđ est/ ꝛ ꝑ illo quod fuit. vt omnis hō fuit rome. sic supponit. ois hom
qui est fuit rome. et ois hō q̄ fuit fuit rome. ¶ Itē termin⁹ cois vel discretus su
ponens verbo de futuro a parte subiecti si non distribuatur supponit disiunctiu
ꝑ illo qđ est/ vel pro illo qđ erit. vt homo erit rome sic supponit homo qui est er
rome/ vł homo qui erit erit rome. ꝛ si distribuatur supponit copulatiue pro illo q
est ꝛ pro illo quod erit. vt omnis homo erit rome/ sic supponit om̄is homo qui e
erit rome et omnis homo qui erit erit rome.

¶ Item terminus cōis supponēs huic verbo potes
a parte subiecti si non distribuatur supponit disiunctiue/ ꝑ illo qđ est vł ꝑ illo q
potest esse/ vt aliquis homo potest esse rome. sic supponit. aliquis homo q̄ est pō
esse rome/ vel aliq̄s homo qui pōt esse potest esse rome. ꝛ si distribuatur suppon
copulatiue: vt ois homo potest esse potest esse rome. Et sic dicēdum est de istis
bis incipit et desinit. ¶ Et notandū ꝙ verba ampliatiua sunt omnia verba de
terito et futuro/ sed maxime ista verba incipit/ desinit/ potest et apparet et ve
bum ampliatiuum est illud quod ponitur in aliqua propositione vera et affirm
tiua in qua predicatum predicatur de subiecto significante rem non existente
vel exn̄tem. Exēplū de termino significante rem nō exn̄tem. vt antix̄ps pōt pred
care. Exemplū de termino significante rē exn̄tem. vt hō pōt currere. ¶ Terminu
cōis supponens a parte subiecti si non distribuatur supponit respectu verbi am
pliati pro illis que sunt et pro quibus verbum ampliat disiunctiue: et si distribu
tur tūc supponit ꝑ illis q̄ sunt et ꝑ quibus verbum ampliat copulatiue.

¶ Nota ꝙ in omni vniuersali affirmatiua subiect
supponit confuse ꝛ distributiue. et predicatum confuse tantum. Ut omnis hom
est animal. ¶ Item in omni vniuersali negatiua. tam subiectum q̄ȝ predicatu
supponunt confuse et distributiue. vt nullus homo currit/ ergo nec ille nec illa / e
sic de singulis. ¶ Et nota etiā. ꝙ sicut hec dictio et est copulatiua in affirmatiu
ita hec dictio nec est copulatiua in negatiuis. ¶ Item in omni particulari affir
matiua tam subiectum q̄ȝ predicatum supponit determinate/ vt quidam hom
est animal/ ergo ille homo est animal vel ille ꝛ sic de singulis. ¶ Item in omni pa
ticulari negatiua subiectū supponit determinate/ et predicatum confuse et distr
butiue. Unde sequitur quidā homo nō est animal/ ergo quidam homo nō est ho
animal nec hoc et sic de singulis. ¶ Item in indefinita tam affirmatiua q̄ȝ nega
tiua subiectā et predicata supponunt sicut in particulari affirmatiua/ et in par
ticulari negatiua.

¶ Item in omni singulari affirmatiua si predicati
sit terminus discretus vel ꝑnomen demonstratiuum tam subiectum q̄ȝ predicat
supponunt discrete/ sed si predicatum fuerit terminus communis/ tunc stat deter
minate et subiectum discrete. vnde sequitur whilhelmus est animal. ergo whil
helmus est hoc animal/ vel hoc et sic de singulis. ¶ Item in omni singulari nega
tiua et predicatum sit terminus communis subiectum supponit discrete/ et predi
catum confuse et distributiue. vt whilhelmus non est homo. sed predicatum si
terminus discretus: tunc discrete suponit.

A subiec. con. dis. pre. con. tantum stare debet/
E subiec. et pre. stant confu. distributiue.
O subiec. deter. pre. con. stat. distributiue.
I subiec. et pre. tibi stant determinate.
Sin sub supponit semper discrete. q̄s. deter.
Pre si commune. si non discre. teneatur.
Sin. ne commune pre. confu. distributiue.
Si sit discretus discrete semper habetur.

¶ A significat vniuersalem affirmatiuam. E vniuersalem negatiuam. I particula
rē affirmatiuā. O particularē negatiuā. Sin. i. singularē affirmatiuā. Sin. ne. i. sin

...rem negatiuam. Subiec. i. subiectū. Con. dis. i. confuse et distributiue. Pre. i. ...dicatum. de. i. determinate. con. i. confuse tantum.

SEquitur de dictionibus que habent vim cōfūdendi terminos / et tales sunt multe scʒ omnia ...a vniuersalia / ⁊ ista dictio non. et hoc verbū differt / aliud et non idē / et hec di... sicut: cōparatiuus superlatiuus dictiones exclusiue et exceptiue signa moda=... incipit / desinit et / omnes dictiones habentes vim negationis.

...confundere terminū dr̄ dupliciter / scʒ mobilitanter et immobilitanter. Confū... terminum mobilitanter est facere terminū stare cōfuse et distributiue: sic q̄ ...ent cū descendere ad sua singularia copulatiue / et sic supponit subiectū huius ...positionis oīs homo currit. virtute istius signi omnis: q̄r sequitur omnis homo ...rit / ergo ille homo currit ⁊ ille ⁊ illa et sic de singulis. Similiter differtis ab ho...ne / ille est hō ergo vos differtis ab isto hoīe / q̄r a termino stante cōfuse ⁊ distri...tiue ad aliquod eius suppositum cum debito medio est consequentia bona ⁊ cō...dere terminum immobilitanter est facere terminū stare cōfuse tm̄ sic q̄ non cō...t eum descendere ad sua singularia nec copulatiue nec disiunctiue: et sic suppo... predicatum istius propositionis. omnis homo est aīal: et sic non sequitur oīs ...mo est animal: ergo oīs homo est hoc animal: et hoc neqꝫ hoc vel hoc et sic de ...gulis.

...Et nota q̄ q̄n aliquis terminus supponit confuse et distributiue ratione alicu...dictionis dēpta dictione virtute cuius sic supponit: tūc stabit determinate. ...est stare determinate q̄n terminus sic supponit: et pōt descendere ad sua sup=...sita disiunctiue. vt homo currit: ergo ille vel illa: et sic de singulis.

...Alia regula est ista. a termino stante immobiliter ad terminū stantem mobi=...r non valet consequentia / vt vos differtis ab omni homine: ergo vos differtis ...homine.

...Alia regula est ista ab inferiori ad suum superius ...aliqua istarū dictionū immediate precedentiū terminū inferiorem ⁊ superior... non valet ꝯn̄a. vt vos differtis ab illo homine: ergo vos differtis ab homine ...d a superiori ad suū inferius cū substantia subiecti et est ꝯn̄a bona: vt vos dif...tis ab hoīe / ille est homo / ergo vos differtis ab isto homine.

...Alia regula est ista. q̄cquid immobilitat mobilitatū mobilitat immobilitatū ...q̄n aliquis terminus per suam appositionem facit terminū stare determinate ...confuse tm̄ / qui primus stetit cōfuse et distributiue. ⁊ tūc ille terminus p̄ suā re...monē facit eum stare confuse et distributiue / vt in ista propositione nō omnis ...currit. iste terminus hō per suā suppositionem supponit determinate propter ...m terminum non. et si remouetur iste terminus non / tunc supponit confuse et ...stributiue et sic de consimilibus terminis.

De resolutionibus.

TErminꝰ in quē resoluitur ꝑpositio vt in subiectum ⁊ predicatum ⁊ de qua predicatur expositio vel diuisio esse vel non esse.

...Terminus est illud in qd̄ diuiditur propositio vt in subiectū et predicatū siue ...positio sit affirmatiua siue negatiua: et sic subiectum et predicatū dicūtur ter...mini et copula. Nam predicatū dupliciter accipitur. Uno modo pro toto illo qd̄ ...predicatur de subiecto: et sic verbum est predicatū vel pars predicati. Alio modo ...p toto illo qd̄ specificat copulam / et sic dicitur predicatum nominatiuus appo...ens vt ait Boetius in primo topicorum. cap. ij. Terminos aūt voco nomina ⁊ ...ꝟba ex quibus propositio annectitur.

Duplex est terminus.

¶ Duplex est terminus. Mediatus & immediatus

¶ Terminus mediatus est ille terminus q̄ habet aliquod mediū per quod pōt
bari.s.terminū superiorē et inferiorē. Terminus immediatus est ille terminu
non habet aliquod mediū per qđ potest ꝓbari. Et hoc dupliciter. ¶ Primo mo
dr terminus immediatus qr non habet mediū inferius per quod potest proba
et sic sunt omnia ꝓnomina demōstratiua in singulari nūero/ꝛ oēs termini dis
ti et discrete tenti.et aduerbia numeralia. Item aliqñ terminus discretus po
improprie resolui. vt robertus sedet/hoc sedet et hoc est robertus/ergo robert
sedet. Sed ꝓnomen non potest resolui.neq3 ꝓprie neq3 improprie/qr pronomen
simplicius nomine/eo q̄ significat substantiā meram et non substātiā cū quali
te. Alio modo dr terminus immediatus qr nō h3 mediū superius per qđ pōt ꝓ
ri. Et illo modo verba substātiua sunt termini immediati quia non habēt med
superius per quē possunt ꝓbari: vt sum/es/fui. Unde oīs ꝓpositio in qua oēs te
mini sunt immediati:dr propositio immediata que debet probari p̄ sensum v
per intellectum. vt ille homo est sortes:sic probatur:ego scio vel intelligo q̄ ille h
mo est sortes/ergo ille homo est sortes.

Terminus mediat⁹ ē triplex.

¶ Terminus mediatus est triplex. sc3 aliquis est re
solubilis/aliquis exponibilis:& aliquis officialis.

¶ Terminus resolubilis est omnis terminus supponens determinate que su
nomina appellatiua et nomina adiectiua in neutro genere substātiuata ꝛ ois
positio cui⁹ prim⁹ terminus mediat⁹ est terminus resolubilis dr propositio res
lubilis/q̄ habet resolui per duas resoluentes: isto modo dematur terminus reso
bilis et in loco eius ponatur hoc pronomen demōstratiuū hoc oibus aliis ma
tib⁹ salua cōgruitate et sic habetur prima resoluens. In scđa resoluente hoc pn
mē demonstratiuū hoc erit subiectū synonimū cū priori subiecto.i.cōsimile in
ce ꝛ significatione et p̄dicatū erit terminus resolubilis/ꝛ copula erit hoc v̄bū s
es/fui.cū verbo proportionabili. Exemplum homo sedet / sic resoluitur. hoc sed
et hoc est hō/ergo homo sedet. sic de similibus. Et additur in ista regula cū verb
ꝓportionabli. qr si verbū sit ampliatiuū debet addere ipsum verbū cū disiūctio
ne ad hoc verbū sū/es fui. Et si verbū sit de preterito/dicendū est in scđa resolue
te est vel fuit. vt homo currit/sic resoluitur hoc cucurrit et hoc est vel fuit hom
ꝛ si verbū sit de futuro/tūc dicendū est in secūda resoluēte ē vel erit. vt asinus cu
ret sic resoluitur. hoc curret/et hoc est vel erit asin⁹. Sed si v̄bū p̄ncipale sit hoc
bū potest vel aliquod verbū qđ ampliat in scđa resoluente/ꝓpriū ampliatiuū d
bet addi ad hoc verbū sum/es fui. cū disiūctiōe. vt homo claudus potest ambul
re/sic resoluit᷑: hoc pōt ambulare/,et hoc est vel pōt esse hō claudus: homo mortu
potest celebrare missam/sic resoluitur/ homo potest celebrare missam ꝛ hoc est.v
potest homo mortuus. hora incipit esse sic resoluitur. hoc incipit esse: et hoc est v
incipit esse hora.

¶ Obseruetur hec regula siue terminus resolubilis
ponatur a parte subiecti vel a parte predicati dūmō null⁹ terminus alius distri
buatur a termino resolubili: nā si terminus distribuatur a termino resolubili tūc
additur signū vniuersale ad terminū distributiuū in scđa resoluente a parte su
iecti/et terminus resolubilis erit predicatum/et hec est cā vt termin⁹ eodem mo
do supponat in secunda resoluēte sicut in resoluto vt differens a currente erit sor
tes. sic resoluitur hoc erit. S. et hoc omi currente est vel erit differens. Similite
aliud ab ep̄o potest esse iste homo. sic resoluit᷑. hoc potest esse ille homo. et hoc o
omni ep̄o est vel potest esse aliud.

De exponibilibus.

De exponibilibus.

TErmini exponibiles sunt isti. Oia signa vniuersalia/dictiones exclusiue ⁊ exceptiue: termini modales/vt possibile/impossibile/contingens/⁊ necessariũ. Differt aliud nõ idem/positiuus/comparatiuus/superlatiuus gradus. et aduerbia numeralia: vt semel/bis/ter/quater. Incipit/desinit/infinitum inquantum/ et immediate ⁊ multa alia de quibus per ordinem est dicendum.

¶ Uniuersalis affirmatiua exponitur per duas exponentes. Prima exponens vniuersalis erit sua subalterna. Scd̃a erit vniuersalis negatiua de ꝯsimili subiecto ⁊ ꝯtradictorio p̃dicato vel ei equiualente; vt ista ois hõ currit/sic exponitur aliq̃d qd̃ est hõ currit. et nihil est homo quin ille vł illa currit. vel sic: et nemo est non currens. vł sic: nihil est hõ q̃ vel q̃ non currit. In secũda exponente relatiuũ debet poni immediate post terminum distributiuũ in eodem casu genere et numero cum termino distributo/et verbum relatiui debet negari. vt in exemplo priori. et obseruatur eadem regula in secunda exponente que data fuit in secunda resoluente. de verbo ampliatiuo. scilicet qualiter debet ampliari. Regl'a notãda.

¶ Sed qꝛ vniuersalis multipliciter variatur. Nã aliqua est vniuersalis in recto/ aliqua in obliquo. alia de simplici subiecto / alia de simplici predicato: ⁊ alia de disiũcto subiecto/⁊ alia de copulato subiecto. ideo ponitur exemplũ p̃mo de vniuersali in recto: vt ois homo currit. q̃ p̃us exposita est. Exemplũ in obliquo et hoc dupliciter. vł qꝛ rectus precedit obliquum quem regit vel econtra. Si rectus precedat obliquum quem regit: tunc vterq; terminus distribuitur/et vterq; terminus erit subiectum in vniuersali negatiua/vt hic que libet singularis alicuius vniuersalis est vera. sic exponitur. aliqua singularis alicuius vniuersalis est vera: et nulla est singularis alicuius vniuersalis quin illa est vera. Et si obliquus non regitur a recto/tunc rectus distribuitur ⁊ obliquus non. Vel si obliquus precedit rectũ vł obliquus distribuitur et rectus nõ. tunc terminus distributus ponitur a parte subiecti in scd̃a exponente. et terminus non distributus vel supponẽs confuse tñ ponatur a parte relatiui. Exemplum primi: vt omnis hõ hoiem diligit: sic exponitur. hõ hoiem diligit. ⁊ nihil est homo quin ille vel illa hoiem diligit. Exemplum scd̃i. cuiuslibet hois asinus currit: sic exponitur alicuius hominis asinus currit/⁊ nihil est hõ quin asinus currit. Exemplũ de vniuersali de copulato subiecto. vt omnis homo et asinus currunt: sic exponitur. homo ⁊ asinus currũt/⁊ nulla sunt homo et asinus que non currunt. Exemplum de disiũcto subiecto. vt omnis propositio vel eius cõtrariũ est verum. sic exponitur. Aliqua propositio vel eius cõtrariũ est verũ. et nulla propositio vel eius contrarium quin illud est verum. Uniuersalis multipliciter variatur.

¶ Pro quo notandũ est ꝙ omnis propositio vniuersalis affirmatiua in qua subiectum est disiunctum ex duobus terminis est distinguenda penes hoc ꝙ totum disiunctum distribuatur. vel prima pars disiuncti. Nam secundum distributionem diuersam illa propositio diuersimode habet exponi/ quia relatiuum debet immediate sequi terminũ distributum/ vt prius dictum est. Exemplũ/vt omnis homo vel asinus est asinus. Si totum disiunctum distribuatur/sic habet exponi. homo vel asinus est asinus. et nihil est homo vel asinus quod non est asinus. ergo omnis homo vel asinus est asinus. et sic est falsa.

¶ Si prima pars disiuncti distribuatur sic exponitur. homo vel asinus est asinus et nihil est homo quin ille vel asinus est asinus. et sic illa propositio est vera. et sic conformiter dicendũ est de similibus. Exemplũ quando relatiuũ in vniuersali ponitur a parte subiecti/vt omne quod erit est. sic exponitur aliquod quod erit. est et nihil est quod erit quin illud est.

¶ Omne qd̃ fuit est: sic exponitur. Aliquod quod fuit est. nihil est qd̃ fuit qn̄ illud est. ¶ Ois hõ q̄ prius fuit est/ sic exponitur. hõ q̄ prius fuit est: et nihil est hõ qui prius fuit quin ille est. Exemplũ qñ relatiuũ ponitur a parte predicati. Ois propõ est vera cuius cõtrariũ est falsum: sic exponitur. Aliqua propositio est vera cuius cõtrariũ est falsum. et nulla est propõ que non est vera cuius contrarium est falsum.

¶ Nota q̄ quando relatiuum ponitur in vniuersali affirmatiua a parte subiecti/ tũc relatiuũ cũ suo erit distributum: vt ois hõ qui est albus currit, vbi hoc totum homo qui est albus distribuitur.

¶ Et nota q̄ vniuersalis affirmatiua in qua relatiuum ponitur a parte predicati equiualet vni copulatiue facte ex isdem terminis sic: q̄ antecedens relatiue distributum ponatur in loco relatiui: vt omnis homo est pater qui habet filium equiualet huic. omnis homo est pater. et omnis homo habet filium.

¶ Exemplum vbi hoc verbum potest est principale verbum: vt omne animal potest currere. sic exponitur: aliquod animal potest currere. et nullum est animal vel potest esse animal qd̃ non potest currere.

¶ Exemplum vbi hoc verbum incipit est principale verbũ/ vt ois hõ incipit esse: aliqd̃ qd̃ est homo incipit esse et nihil esse homo ve[l] incipit esse homo q̄ vel q̄ nõ incipit esse. et similiter cũ hoc verbo desinit.

¶ De exclusiuis.

Exclusiua exponitur per duas exponentes. Prima exponens erit preiacens exclusiue.

¶ Secunda erit vniuersalis de subiecto et qualitate oppositis subiecto. et qualitati preiacentis: vt tm̃ hõ non currit/ sic exponitur: hõ non currit sed quodlibet non hõ currit. Sed notandum est q̄ in hac propositione tm̃ non omnis homo currit iste terminus nõ potest teneri infinite vel negatiue. Si negatiue sic debet exponi homo non currit: sed quodlibet non homo currit. Sed tenendo non infinite sic debet exponi. ens nõ ois hõ currit. et nihil non ens non ois hõ currit: vel nihil quod est non omnis homo currit.

¶ Item ille terminus non tenet solum infinite quando cadit super predicatũ propositionis. vt sortes nõ est homo. et ista dictio non solum negatiue tenetur qñ immediate precedit verbũ principale ppõnis. vel quando totam precedit propositionem. s. et subiectum et signum: vt hic non omnis hõ currit. sed ista dictio nõ posita inter signum et subiectũ vel inter partes subiecti potest indifferẽter sumi. scilicet vel negatiue vel infinite. vt hic tm̃ non omnis homo currit.

¶ De exceptiuis.

¶ Exceptiua exponit̃ per duas exponẽtes. In prima exponente pars extracapta erit subiectum cum predicato exceptiue et copula erit opposite qualitatis ad exceptiuã vel si exceptiua sit affirmatiua negetur eius predicatum de parte extracapta. et sic habetur eius prima exponens. Secunda exponens erit preiacens exceptiue cũ opposito partis extracapte. pro qua habenda nihil aliud fiat nisi mutet̃ dictio exceptiua in istũ terminũ non. et actm̃ in nominatiuũ. Exemplũ. Ois homo preter sortẽ currit: sic exponit̃. sortes nõ currit

sed ois hō non sortes currit. Exemplum negatiue. nihil preter sortem currit. sic exponitur. sortes currit et nihil non sortes currit.

¶ Differt aliud ꝛ non idem: debent exponi per tres De differt.

exponētes. quarū due prime erunt affirmatiue implicantes extrema esse et tertia erit negatiua negās scd̄m extremū a primo. vt pꝫ in exēplo sequēti subiectum prime exponētis erit terminus synonymꝰ cū subiecto ꝓpōnis exponēde. Subiectū scde exponentis erit obliquus immediate sequens aliqua istarū dictionū differt aliud et non idem mutatus in rectū et ille erunt propositiones affirmatiue ꝛ in illis hoc ṽbū sum/es fui. predicat scd̄m adiacēs. Tertia exponens erit negatiua de subiecto synonymo cū subiecto pme exponētis ꝛ p̄dicatū erit terminꝰ synonymꝰ cū subiecto scde exponētis. Ut ego differo ab hoie sic exponit̃. ego sū et ois hō est. et ego nō sū hō. Ego sū aliud ab asino. sic exponit̃. ego sū et ois asinꝰ ē. et ego nō sū asinꝰ. Ego sū nō idē leoni. sic exponitur. ego sum et ois leo est. ꝛ ego non sum leo.

¶ Notandum ꝙ tria sunt adiacentia in propositiōe scꝫ subiectū/ p̄dicatū/ ꝛ copula. Et hoc verbū Sū: p̄dicat scd̄m adiacens qñ ipsū est principale verbū et non habet predicatum expresse positum. vt homo est ꝛ idē verbum predicatum adiacens: quando habet predicatū expresse positū/ vt homo currens.

¶ Incipit exponitur duobus modis. Primo modo per positionē de p̄nti. i. per affirmationem p̄ntis tpis et ꝑ remotionē de p̄terito. hoc est per negationē p̄teriti tpis. Alio mō ꝑ remotionē de p̄nti ꝛ ꝑ positionē de futuro. et subiectū in exponētibꝰ erit subiectū ꝓpōnis exponende. ꝛ verbū erit ṽbū indicatiui modi cuius infinitiuus sequitur incipit. Exemplū. Incipio scire ꝓpōnē de p̄senti per positionē sic exponitur. Ego iam scio propositionē. sꝫ immediate añ hoc instans quod est presens ego non sciui ꝓpōnem. Aliter exponitur eadem propositio ꝑ remotionē de p̄nti. ego iam sum nō scio propōnem: sed immediate post hoc instans quod est presens ego scio propositionem.

Incipit esse duas exponentes sibi claudit.
Preteritum remouens tempus ponendoqꝫ presens.
Ast presens remouet tempus ponendo futurum.

¶ Desinit exponitur duobus modis/ scꝫ per positio De desinit.

nē de presenti. i. ꝑ affirmationē p̄ntis tpis. et remotionē de futuro. i. ꝑ negationem futuri. vel per remotionē de p̄nti. ꝛ positionem de preterito. Et quoad subiectū p̄dicatū et copula obseruetur eadē regula q̄ data fuit de hoc verbo incipit: vt sortes desinit esse. sic exponitur per positionem de p̄nti. Sortes iam est. Sed immediate post hoc istās qd̄ est presens sortes nō erit. Uel per remotionem de p̄senti isto mō. Sortes iam non est. sed immediate ante hoc istans. quod est presens sortes fuit. Similiter sortes desinit currere. ꝛc̄.

¶ Sequitur de ista dictione immediate.

¶ Pro quo notandū est ꝙ ꝓpō in quā ponitur ille terminus immediate hꝫ exponi ꝑ duas exponētes pma erit illā qd̄ remanet dēpto illo termio imediate. Et scd̄a debet dari si ꝓpō sit de futuro ꝓponēdo hoc totū. nullū est vel erit instās. post hoc quin intret illud et hoc. et tunc seqtur totū residuū ꝓpōnis qd̄ seqbatur illum terminū hoc in ꝓpōne exponēda. Et si ꝓpō sit de preterito: tunc in scd̄a exponēte primo sumetur hoc totū. nullū est vel fuit instās. ante hoc quin inter illud et hoc. Un̄ ista propositio. Immediate post hoc sortes currit. sic exponit̃ sortes curret. et nullum est vel erit istans. Post hoc quin inter illud et hoc sortes curret. ¶ Et ista propositio immediate ante hoc: sortes cucurrit. sic exponit̃. ante hoc sortes cucurrit. nullum est vel fuit instans ante hoc quin inter illud et hoc sortes cucurrit: sic de omnibus similibus. Immediate.

Infinitum.

¶ Sequitur de illo termino infinitum.

¶ Pro quo notandum est q ppō exponenda ratione illius termini infinitū/h3 exponi p duas exponētes. Primo debet dari demēdo illū terminū infinitū/et in loco eius ponendo illum terminū aliqualiter. Et in scḋa exponente primo ponatur hoc totum non est dare gradū/et tūc sequatur ille terminus q sequebatur istū terminū infinitū cū gtō casu/ꝛ tunc ponatur ille termin⁹ finitū/cū illo termino quin et hoc verbū excedit. cū toto residuo propositionis: qō sequebat principale vbū et cū illo termino in ablatiuo casu q sequebatur illū terminū infinitū. Un̄ ista ppositio infinitū magnū est a: sic exponit aliqlit magnū est a/ꝛ nō est dare gradum magnitudinis finitū quin illum excedit a in magnitudine. ¶ Et illa ppō. Infinitū paruū est hoc a sic exponit: aliqlit paruū est hoc a.ꝛ nō est dare gradū paruitatis finitum quin illū excedit hoc a/in paruitate. ¶ Infinitū bon⁹ est de⁹ sic exponitur: aliqlit bon⁹ est deus: ꝛ non est dare gradū bonitatis finitū qui melior sit de⁹. ¶ Infinitū velox erit hoc a/sic exponitur aliqliter velox erit hoc a.ꝛ nō ē dare gradū velocitatis finitū quin illū excedit hoc a in velocitate. ¶ Infinitum cito erit hoc a/sic exponitur. aliqliter cito erit hoc a/.et non est dare gradū citocitatis finitum quin illum excedit hoc a/in citocitate. et sic de alijs.

Necessarium.

¶ Necessarium sic exponitur. necessarium est deū esse. deus est ꝛ nō potest esse quin deus sit ergo. ꝛc.

Impossibile.

¶ Impossibile sic exponitur. Impossibile ē hominē esse asinum: hominem esse asinum non est nec potest. ꝛc.

Cōtingēs possibile.

¶ Contingit sic exponitur. Contingit hoiem currere: homo currit et potest esse q homo non currit. ergo. ꝛc. Et sic de illo termino possibile.

Positiu⁹ grad⁹

